

125 VITA  
PRODIGIA ET MORS  
SANCTI  
**S V V I B E R T I**  
EPISCOPI\*

VVERDENSIS ET MONASTERIENSIS  
APOSTOLI SIGNIS PERCELEBRIS\*  
ORATORIE QVONDAM A COAEVO SVO  
ET SOCIO \*

DIVO MARCELLINO PRESBYTERO  
EXARATA \*

MODO VERO VERSIBVS CONSCRIPTA \*  
AB ALIQVO EIVSDEM

**BEATI ANTISTITIS**  
CLIENTE \*

<sup>ANNO</sup>  
QVO SOLES DIVVS S V V I B E R T V S MILLE  
BEATVS  
PERVIXIT S V P E R I S POST SVA FATA THRONIS.  
P A R S I.

---

DUSSELDORPII,  
Typis TILMANNI LIBORII STAHL.

[1717]

In Feste

Deus  
Be  
men  
Eccl  
rii ce  
nobi  
&  
caut  
nia  
anim  
hoc  
Domi

L

[Merlander 827]

SERENISSIMO ET REVE-  
RENDISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO  
DOMINO  
**JOSEPHO**  
**CLEMENTI,**  
ARCHI-EPISCOPO COLONI-  
ENSI, S. R. IMPERII PRINCIPI  
ELECTORI, PER ITALIAM AR-  
CHI-CANCELLARIO ET S. SEDIS  
APOSTOLICÆ LEGATO NATO,  
EPISCOPO AC PRINCIPI HILDESIENSI,  
ET LEODIENSI, ADMINISTRATORI  
BERCHTESGADENSI, UTRIUSQUE BA-  
VARIAE, SUPERIORIS PALATINATUS,  
WESTPHALIAE, ANGARIAE, ET BUL-  
LONII DUCI, COMITI PALATINO  
RHENI, LANDGRAVIO LEUCHTEN-  
BERGÆ, MARCHIONI FRANCHIMONTANO,  
COMITI LOSSENSI, ET HOR-  
NENSI, ETC. ETC.

**DOMINO NOSTRO**  
**CLEMENTISSIMO.**

In Fest

D  
me  
Ec  
rii  
no  
&  
ca  
nia  
ani  
ho  
De

L  
s  
n  
n  
n  
n  
n

REMISSIO H. RAY  
 REAUGISMO  
 PRINCIPIA DOMINO  
 DOMINO  
 OS E PHO  
 CLEMEN  
 RCHI-EPISCOPO COLON  
 NSI, S. R. IMPERI PRINCI  
 LEOGORI PES ITALIA AK  
 HICANCIETTA RIGI ET. S. SEOS  
 POSTOTICE LEGATE NASTO  
 ERGODO VC PRINCIP DI DEXER  
 T. THODINSI ALMISTRATORI  
 ERCHI-GAHRIS UTRORVEA  
 ARAD SURINORI PATAKARIS  
 ESTPHVAT ANOARIS TA HIC  
 QNI DUCI COMITI LAVATON  
 HEIN, FANGRADA O. LUDWICH  
 CONATI POTHM ET. MOL  
 NEMI ET. ETC.  
 DOMINO MATEO  
 CLEMEN

SERENISSIME AC REVERENDISSIME  
PRINCEPS ELECTOR.

DOMINE CLEMENTISSIME.

**V**ix Phlegethon teis, rediit  
Mars efferus antris  
Dirarum toto conco-  
mitante Choro;  
Cum primis Ditione tua, Dulcissime  
Princeps,  
Immanes strages edidit, atq; neces.  
Nil

(3)

(\*)

Nil tutum sartumque; cui Bellona pe-  
16  
percit

In Fi  
Usit Vulcanus depopulante face:  
Indomita Turres, scabris in rupibus  
arces,

D  
m  
E  
ri  
n  
&  
c  
n  
a  
h  
L  
Et metuenda prius mœnia strato  
jacent.

Et ne sim longus; reliquis ex arcibus  
unam,

Est (\*) Werdam nostram comme-  
morasse satis;

Hac illæsa stetit Turris propè mille  
per annos

Non superanda minis, non superan-  
da viris;

J Hoc autem Bello (justo sua verbado-  
lori

O Princeps desunt) vix reparan-  
da ruit,

Quin

(\*) Cæsar's-Insulam.

*Quin Swibertinum (bustum lacrymabile) Templum*

*In cineres abiit luclificumq; nihil:*

*Sed tristi Phœnix Busto venuſtior ortus,*

*Ad Josephinos per volat ille pedes,*

*Queis se substernit supplex, redditumque precatur*

*Felicem ad patrios, post fera Bella,  
lares.*

*Ast Electoris vacuus non intrat in  
aulam,*

*Affectus portat parva tributa sui.*

*Sancti nimirum Swiberti cernuus offert*

*Vitam conscriptam simpliciore  
metro;*

*Cujus post fatum fluxerunt sacula  
dena,*

*Quæ pompâ celebri, perpius ille  
colet;*

D

m  
E  
ri  
&  
c  
n  
a  
h  
I

J

Imo Clementi, devote supplicat ille,  
 Ut sit latitia pars perhonora sua.  
 Affectum prono, Princeps Elector,  
 amore  
*Suscipiens illi tempus in omne fave.*

Sic rogant

## SERENITATIS SUÆ ELECTORALIS

*Humillimi ac devotissimi  
Clientes*

PRÆPOSITUS, DECANUS, & CANONICI  
 CAPITULARES Collegiatæ Ecclesiæ  
 S. Swiberti in Werda seu Cæsaris  
 Insula.

NO-

# N O M I N A

DD. Prælatorum Canonicorum,  
& Vicariorum, penes Ecclesiam Werdensem,  
seu Cæsaris-Insulanam, tempore Mille-  
narii hujus Jubilæi residen-  
tium.

Antonius Ignatius Norff, J. U. L. }  
Præpositus.

Henricus Petrus Norff, Decanus } Fratres.  
& Canonicus.

Joannes Gerardus L. B. à Nagell ex Herl,  
Canonicus Senior.

Fridericus Albertus Breughel, Canonicus.

Hermannus Josephus de Bogardt, Canonicus.  
Matthias Kirchoff, Pastor & Canonicus.

Jacobus Wilhelmus Maes, Canonicus.

Godefridus Gerardus Robertz, Scholasti-  
cus & Canonicus.

Joannes Reinerus Eltman, Canonicus.

Franciscus Melchior von Herrestorff, Can.

Joannes Arnoldus Schöler, Canonicus.

Joannes Petrus Gefasser, Canonicus.

Wolfgangus Theodorus L. B. de Backum  
ex Lathum, Canonicus.

Emanuel Casparus de Neustatt, Can.

Joannes Gerardus Königshoven, Can.

¶( 5 ) Gerla-

D

m  
E  
r  
i  
n  
&  
c  
n  
a  
h  
I

Gerlacus Anselmus Josephus Ruys, Can.  
 Wolfgangus Wilhelmus Fridericus Hoger-  
 bach, Canonicus.

Arnoldus Theodorus von Buininck, Can.

*DD. Vicarii.*

Maximilianus Philippus Hoert, Cæsaris-  
 Insulanus Vicariorum Senior.

Franciscus Michael Schonn.

Christianus Franciscus Donners.

Melchior Dhamen.

Petrus Gerhardt.

Hermannus Wülfstrath.

PRÆ-



# PRÆFATIO

*AD*

## LECTOREM.

I.

Dum Swiberti Sancti gesta  
Pro solemnitate festa  
ordior conscribere;  
Esse tam prodigiosa  
Tueor, ac copiosia,  
ut pavescam dicere:

II.

Jure modò potiore,  
Atque linguâ veriore  
affirmare potero,  
Quod aruspex præpotenti  
Alexandro perquirenti  
ore faslus propero:

III.

P R A E F A T I O

III.

Is ut vidit præter morem  
Largum fundere sudorem  
statuam Apollinis,  
Insolens ad factum pavit,  
Et aruspicem rogavit,

Quid hic sudor Numinis?

IV.

Ait iste: largiores,  
Te præsente, Rex, sudores  
Miri quidquam denotant,  
Nempe quod sic, congesturi  
Tua gesta, sudaturi  
Sint hæ guttæ connotant.

V.

Illud modo præsentisco  
Verum esse, qui fatisco;  
Ut conscribam carmine,  
Præsul sanctus quæ patrârit,  
Et in vivis supportârit  
Sancto ductus flamine.

VI.

Stupefactus abstinerem,  
Nefas esse ni timerem  
Me tacere penitus:  
Quare ne committam scelus,  
Exerat se noster zelus;  
Numen fave cœlitus.

VII.

A D L E C T O R E M.

VII.

Tu Swiberte Sancte parum  
Adjuva me perignarum

Vates ne deficiam,

Quod intendo, te juvante,  
Teque vires ministrante

Citius perficiam.

VIII.

Metris autem his divini

Prosam sequar Marcellini,

Ne subrepat falsitas,

Ipse namque scripsit vera,

Quibus poterit haec scra

fidere posteritas;

IX.

Quia vixit cum beato

Præsule, fuitque grato

Ejus in confortio,

Terras unā peragravit,

Usque duro separavit

Binos mors divortio

X.

Ob cæsuræ venustatem,

Syllabævē quantitatem,

In quibusdam propriis.

(Rarò tamen) usurpavi

Syncopen, sed annotavi

Illam locis omnibus.

Cen-

# Censura Ordinarii.

16

In F

D

n  
E  
r  
n  
g  
C  
n  
a  
H  
I

**C**um mirè Divūm moveant exempla, trahantq[ue]  
Nos eadem studio fervidiore sequi:  
Illorum verò narrantur multa libello  
Hoc metrico; quamvis mole sit ille minor,  
Quare, ne tantum maneat virtutis opertum  
Sub modio lumen, prodeat ille typis;  
Ut plures habeat Lectores, sitque sequenda  
Virtutis stimulus pluribus, atque via;  
Cum non contineat fidei contraria nostra,  
Sed sensa Ecclesie consona. Testis ego

Joan. Georg. Molitoris  
SS. Theologiæ Doctor & De-  
canus, Perilluistris Ecclesie  
S. Gereonis Canonicus, per  
Civitatem & Archidioecesin  
Coloniensem Librorum Cen-  
sor Ordinarius.

ST-



# **SYNOPSIS CAPITUM VITÆ S. SVVIBERTI EPISCOPI.**

## **PARS I.**

**CAP. I.** *Illustre Genus Divi Swiberti, felixque  
Nativitatis Ipsius præsagium.* 1

**CAP. II.** *Parvus diligenter frequentat scholam.*

**CAP. III.** *Fit Monachus Conventus Beardanensis.* 4

**CAP. IV.** *Beatus Swibertus ex isto suo Monasterio  
à Sancto Egberto Archi. Præsule revocatur,  
sitque Canonicus Eboracensis.* 5  
7

**CAP.**

SYNOPSIS CAPITUM.

16

In F

D

I

T

I

I

I

I

I

I

I

I

I

I

I

I

I

I

I

I

I

- CAP. V. Beati Wilfridus Episcopus, & Wigbertus presbyter inter Frisones, & inter Saxoness inferiores Jesum annuntiant. 10
- CAP. VI. Beati Willebrordus, Swibertus & bisquini presbyteri ad Teutones ablegati Jesu fide ipsos instruunt. 12
- CAP. VII. Sanctus Wigbertus petito sepius Martyrio à saeo Frisia Tyranno afficitur, & sancta Traiectensis Ecclesia exstruitur. 15
- CAP. VIII. Sanctus Swibertus abripitur à Paganiis, vinclis constringitur, & ergastulis includitur, ast inde ab Angelo liberatur. 17
- CAP. IX. Vicus Hagensteiniensis studio Beati Swiberti Jesu Salvatori verae fidei subditur. 20
- CAP. X. Beati Willebrordus à Sergio Papa Archiepiscopus, & Swibertus à Willfrido Episcopus pro Terris Frisiae consecrantur. 24
- CAP. XI. Divus Swibertus Episcopus creatissimis Populos Principatus Teisterbandensis pisis concionibus convertit. 27
- CAP. XII. Submersus aliquis à Beato Swiberto vita restituitur & urbs Duerstadt convertitur. 29
- CAP. XIII. Beatus Willebrordus Rōmā reversus & Beatus Swibertus antistites Frisonibus evangelizant. 35

CAP.

SYNOPSIS CAPITUM.

- CAP. XIV. *Willebrordi & Swiberti socii ac presbyteri per vicinas Provincias distributi constanter Gentibus Evangelion annuntiant.* 40
- CAP. XV. *Mulier paralytica à sancto Präfule Swiberto in Westphalia sanatur, & populus copiosus convertitur.* 43
- CAP. XVI. *Beatus Swibertus in Bilveldia aliquem à squinantia seu angina subito sanavit & baptizavit.* 47
- CAP. XVII. *Caco visum denuò obtinet.* 48
- CAP. XVIII. *Sanctus Swibertus urbe Brunswicensi paraliticum signo sancte Crucis priori sanatati restituit.* 50
- CAP. XIX. *Sanctus Swibertus non paucos è superstitionis Boructuariis (quos postera sacula Montenses appellarunt) convertit.* 53
- CAP. XX. *Obsessus à Damone à beato Pontifice curatur.* 55
- CAP. XXI. *De eximiis virtutibus, & exteriori conversatione beati Präfulis Swiberti.* 57
- CAP. XXII. *Beatus Swibertus urbi Agrippinati appellens à pia Principe Plethrude letè excipitur, & duobus signis eà presente claret.* 59
- CAP. XXIII. *Beato Swiberto Werda à Pipino assignatur perpetuò propria, qua Präful Cœnobium exstruit.* 63

)

CAP.

SYNOPSIS CAPITUM.

- 16  
In  
L
- CAP. XXIV. Hungerus Gentilis mortuus in urbe  
Werda à Beato Svviberto Antistite exci-  
tatur. 65
- CAP. XXV. Beatus Antistes Svvibertus varios  
Gentiles Iesu aggregavit, & Cænobium in  
Werda pie instituit, 67
- CAP. XXVI. Vita sancti Willeici Confessoris,  
Presbyteri sancti Svviberti Episcopi, & il-  
lustria prodigia, que fecit sanctus in civi-  
tate Colonensi. 71
- CAP. XXVII. De morte sancti Svviberti Episcopi  
perpii. 76
- CAP. XXVIII. De sepultura, & Miraculis. 79
- CAP. XXIX. Plura miracula à Divo post fata  
patrata 81
- CAP. XXX. Divus septem cæcos Susati sanat. 85
- CAP. XXXI. Eodem anno quatuor periculosâ  
anginâ laborantes sanat. 89
- CAP. XXXII. Beati meritis Hildegerus Anti-  
stes Colonensis sanatur. 89

PARS

SYNOPSIS CAPITUM.

PARS II.

- CAP. I. Generosus Pipinus Werda Castrum exstruit,  
Et ope beati Svviberti paganas Phalanges  
sine pugna superat. 92
- CAP. II. Illustris ac pius Princeps Hunaldus, Et  
alii plures ab angina, Et periculo vite  
a Divo Episcopo Svviberto liberantur. 94
- CAP. III. De prima elevatione pretiosi corporis  
Beati Præsulis. 96
- CAP. IV. Violentus Saxo servit, Ecclesia Divi  
Svviberti accensa conflagrat, Et Werda  
vastatur. 98
- CAP. V. Horrendo exitu finit, qui templo beati  
Svviberti ignes prior subjecit, Et exussit.  
100
- CAP. VI. Nothelinus Saxoniae Satrapa divinitus  
cætitate percutitur, sed intercessione sancti  
Svviberti curatur. 101
- CAP. VII. Alter Satrapa, Nothelini socius,  
Occo vocatus, pari plagâ percutitur, Et  
meritis beati Svviberti ab eâ quoque re-  
stituitur. 104
- CAP. VIII. Saxo aliquis lethaliter fauciatur,  
qui meritis ac invocatione sancti Svviberti  
curatur. 105

CAP.

SYNOPSIS CAPITUM.

CAP. IX. Beatus Svvibertus solemniter à sancto Leone tertio Papa, presente Rege Carolo atque turba propè infinita in urbe VVerdensi Sanctis Confessoribus adscribitur

III

CAP. X. In virtute Divi Svviberti parvulus submersus suscitatur.

III

CAP. XI. Tres Fratres nobili Genere nati capsati Beati Svviberti despoliare tentant.

III

CAP. XII. Conradus Clericus lunaticus in Conventu VVerdensi à Beato Svviberto ei a parente solatur, & integrè sanatur.

III

VITA



# VITA S. SWIBERTI EPISCOPI.

## CAPUT I.

ILLVstre genVs DIVI sVVIbertI  
feLIXqVe natIVItatIs IpsIVs  
præfagIVM.

**I** Empore, quo Petri summâ  
pietate regebat  
Navim Martinus primus, (a)  
quo sceptra tenebat  
Romani Imperii Constans,  
magnisque Britannis  
Oswinus præerat; sexcentis  
scilicet annis,  
Et quadraginta septem (b) post Virginis almæ  
Partum: certus erat Segebertus nomine  
Princeps

A

In

(a) I. à Martii hic Pontifex in exilio moriens est.

(b) Anno 647.

V I T A

In Nord-Humbrorum regno (quod flumi-  
nís Humbri

Est aquilonarem ad partem) qui sanguin-  
clarus,

(Nam de Nortingram natus Comes) incly-  
tus armis:

Uxor eis multūm divinis dedita rebus  
Berta fuit Comitum pariter de Stemmate  
nata; (a)

Huic Genitrix Ostrida, Pater notissimus  
Anglis

Edilredus, Avus ceris clarissimus Ostus,  
Eugistus Proavus, per quem tulit Anglia  
nomen.

Hi sine prole, Dei præcincti legibus, annos  
Exégere suos, ait devotissima conjux  
Berta videns multos Comitum de stemmate  
natos

Pontifices fieri, per quos Gens Anglicana nupes  
Ad verum conversa Deum præcepta salutis  
Firmius addiscat, noctesq; diesque precando  
Institit, ut tali cœlum se prole bearet,  
Quæ semper sacris Domino serviret in aris.  
Ait Deus omnipotens, qui pronus vota  
precantūm

Audit, dignatur visu recreare sequente:  
Nox erat, atq; thoro somnum captura jacebat  
Ad Comitis dextram Comitissa, poloque no-  
tavit In

(a) Parentes Sancti Suiberti.

S. SWIBERTI.

3

In somnis unum reliquis fulgentius astrum  
Nobiliusque Jubar, radius rutilantior ipso  
Sole fuit, longe Sidus jaciebat ab ortu  
Parte duos radios, quae nunquam clarior,  
unus

Versus Germanos sese protendit, & alter  
Versus Francigenas: multum cum Berta stu-

peret, (totam

En splendor nimius, svavisque fragrantia  
Complevit cameram; labens clarissima cœlo  
Stella super stratum cecidit, quo Berta jacebat  
Atque dedit circum .Casu stupefacta repente  
Evigilat, clamatq; frequens, clamore maritus  
Territus evigilat, pavidaq; nimiumque tre-  
mentem

Uxorem cernit, ter suavem sentit odorem,  
Spectat splendorem mirans, causamque tre-  
moris

Inquirit: Visum multis singultibus istum  
Explicat ipsa Viro, qui talia corde profundo  
Expendit, Bertam blandè solatur, & usque  
Ad matutinum vigiles mansere precantes:  
Vix exorta dies: Aidanus adesse jubetur  
Interpres visus ( Lindisfarnensis oyilis  
Is Præsul fuerat) qui doctus flamine sacro  
Talia respondit: pavor absit, visio Bertæ  
Facta, polo, fiet non tantum causa Britannis  
Sed multis aliis gaudendi maxima, (a) quippe

A 2

Nasce-

(a) Interpretatio visionis.

VITA

Nascetur, donante Deo, de semine vestro  
Proles quæ Patriæ lumen, summusque futurus  
Præsul & in fractus fidei defensor, & auctor.  
Vix hæc edixit vates; prolixius ambo  
Persolvere Deo laudes, castéque deinceps  
Viventes, sacris ferventiis aëtibus instant.  
Cum verò præsens partus illustris adesset (*a*)  
Hora, polis subito, cunctis mirantibus, ingenio  
Totum, quo pareret ter felix Berta, cubile  
Irradiat fulgor, qui fixus perstigit, usque  
Est énixa parens, sensim post ille recessit.  
Præsentes verò devoto corde benignum  
Numen adorantes tantæ magnalia lucis  
Latè vulgariunt. Baptismi fonte renatus  
Juxta nomen avi Swibertus dicitur infans.

CAPUT II.

parVVs DILigenter freqVentat  
sChoLaM.

UT baptizatus divus Swibertus ab ipsis  
Æterno Regi Cunis offertur, & ille  
Principiis sanctis (*b*) pollet, melioribus autem  
Insistens studiis ter sancto tempora vitæ  
Fine coronavit. nam per momenta dictum  
Quæque puer sanctus devotis aëtibus auxit  
Traditæ

(*a*) S. Swiberti Nativitas miro lumine cœlitus exornatur  
(*b*) Sancta ejus Pueritia.

S. SWIBERTI.

Tradita dona Dei, fœdæque cupidinis æstus.  
Perfectè cohibens, quidquid virtutis habetur  
Egit, mollitem cavit, mysteria gnavè  
Sacra frequentavit, sensuque tenace notavit  
Verbum divinum, pronè suscepit egenos,  
Et castro pavit. Studiis admotus, ut annis  
Ingenioque capax, animo quæcunq; Magistri  
Dicta probè tenuit. Proceres cum cuncta  
viderent,

Virtutem fidei puer redolere; stupentes  
Dicunt: si Dominus vitam concesserit isti,  
Sanctus erit. Mansuetus enim Swibertus  
ut octo

Extremeque pius, scelerum contemptor, &  
hostis.

CAPUT III.

Flt MonaChVs ConVentVs  
BearDanensiſ.

ET quia continuò crevit virtutibus, anno  
Ætatis decimo quinto succensus amore  
Divino statuit sæcli splendore relicto,  
Tutius ut peragat studiis cœlestibus ævum,  
Abdere se clauſtro <sup>(a)</sup> Lindisfarnensiſ  
agris;

Nempe Beardani, cùi tempore præfuit illo  
A 3 Abbas

(a) Amplectitur vitam monasticam.

**V I T A**

Abbas Higbaldus, quo non mansuetior alter.  
Hæc ubi sensa suis flexus Matrique, Patrique  
Narrasset, memores lucis, quam vidit  
uterque,

Subscripsere piis precibus votisq; libenter, (a)  
Permultumque monent sacris insistere  
coepit.

Ergo vale dicto, missisque Parentibus, uno  
Tantum cum puero latus perrexit ad antè  
Dictum Conventum, magnoque receptus  
amore:

Indutus Monachum, curabat discere cuncta  
Quæ pietatis erant, castique pudoris, & actu  
Exercere. Sacras postquam pedoëtus abunde  
Scripturas, vitæque probæ præclara dedisset  
Signa suis, sacrâ tondetur Clericus arâ.  
Tam post tonsuram, teneros virtutibus an-  
nos (b)

Transgediens, sese gessit per quæq; modestè,  
Et circumspectè, quod cunctis esset amori:  
Nam cum perfectè quosvis adamaret, amatur  
A cunctis coliturque. Novem sub tegmine  
sacro

In Clauistro multum vigilando, precando  
peractis  
Annis, Abbatis jussu fit Presbyter, ipse (c)  
Divi-

(a) Parentes libenter eius proposito assentiuntur.

(b) Virtutes Sancti Suviberti.

(c) Initiatus Sacerdotio.

Divinum munus condignis actibus ornans  
 Obtulit acceptum superis libamen in Arâ  
 Et licet illustris natu, virtutibus illo  
 Nobilior vitâque fuit; nam fulsit in ipso  
 Insignis pietas, jugis vigilantia; quippe  
 A matutino duravit sæpius, usque  
 Manè dies fieret, meditans æterna, docensq;  
 Hoc alios, Fratres sic ædificavit, ut ejus  
 Fama Dei in laudem longè, lateque volaret.

## CAPUT IV.

beatVs sVVlbertVs eX Isto sVo  
 MonasterIo à sanCto Egberto  
 arChI-præsVLe reVoCatVr fIt-  
 qVc CanonICVs ebora-  
 CensiS.

CUm sex, atque decem Christo ferventius  
 annis  
 Servisset monachus, fratresq; ut Lucifer astra  
 Virtutum radiis præiisset, nominis ejus  
 Per Nord-Humbrorum tam crevit gloria  
 regnum,  
 Ut non duntaxat Regem, Regnique Priors,  
 Sed quoque Prælatos celeberrima fama stu-  
 pere,  
 Et demirari faceret: quare omnibus Anglis  
 A 4 Ut

8 V I T A

Ut vir Apostolicus carus. Rex aulaque tota  
Multum gaudebat de tōt virtutibus, ejus  
Gaudebat Genitor Sigebertus, Bertaque felix  
Swiberti matet peragentes pectore lēto  
Grates immensas superis pro Prole benignē  
Concessā, quoniam visum, sensumque vi-  
debant (tem,

Impleri sensim. Reliquis vehementius au-  
Percipiens Egbertus eum virtute nitere  
Pervariā gavisus erat, citiusque vocatum  
Præsul cum digno sisti sibi mandat honore,  
Æde Eboracensi præbendā donat, & illâ (a)  
Metropoli secum remanere, Deoq; supremo  
Deservire jubet. Mansit Swibertus ibidem,  
Tamque annis binis rigidè pervixit, ut axe  
Dilapium Genium, non quendam carne  
putasses

Esse hominem. Quare verum cum Fratri-  
bus esset  
Omnibus exemplar, Coetus Dacorensis  
eundem

Eligit Abbatem. (b) Quâ tempestate Britannis  
Tanta fuit pietas, (c) ut quovis stemmate nati  
Ad tempus cuperent peregrinas visere terras  
Deliciis spretis, Domuumque nitore reliquo,  
Indoctis quidam facturi verba, beato

Cum

(a) Fit Canonicus Eboracensis.

(b) Fit Abbas Dacorensis.

(c) Anglorum pietas.

Cum Columbanō, (a) qui Gallica regna  
recinctus

Bis senis sociis visit Christoque jugavit.  
Sanctorum quidam visuri Lipsana sancti  
More Coadwallæ, vel ter venerabilis Offæ, (b)  
Qui Reges annis sexcentis circiter, atque  
Octoginta novem post Christum Virgine  
natum

Pergentes Romam terreni culmina Regni  
Ambo liquerunt, ut, post felicia fata,  
Gaudia percipient regni cœlestis; Ob ista  
In monachos tonsi (quod fecit Papa, beatus  
Sergius) eximiè Regem coluere Polorum.  
Docturi gentes quidam; sanctivè Judoci  
Sanguine regali nati, fratrisque Winoci (c)  
Instar vieturi sylvis, ut regna beata  
Certius obtineant. Verum Swibertus ab

Alto

Edoctus melius, renuit latitare, salute  
Contentus tantum propriâ, paucisq; præesse  
Christicolis Abbas, talem deponit honorem,  
Partibus externis cupiens peregrinus, amore  
Christi, versari potiis, populosque sedentes  
In tenebris ad idem fidei perducere lumen.  
Egberto mandante tamen, vir circiter uno  
In Dacore monachis velut Abbas præfuit anno.

A 5

CA-

(a) Sanctus Columbanus.

(b) Coadwalla & Offa Reges sunt monachi. Anno 689.

(c) Sancti Iudocus & Winocus Reges Anachoretæ.

## CAPUT V.

beatI VVILfrIDVs epIsCopVs, &  
VVlbertVs presbyter Inter frI-  
sones, & Inter saXones Inferiores  
IesVM annVntIant.

CUm sæclo sexto, medium jungatur, &  
anni

Viginti septem, (a) sanctus Wilfridus ovili  
Augustaldensi præfectus Episcopus, urbe  
Post Eboracensi Præsul supremus, iturus  
Romam scandisset navim vchementibus  
Euris

In Frisiā pulsus, multoque receptus honore  
A Frisonum Natione ferâ gentisq; Tyranno  
Aldgillo, regno brumali tempore Christum  
Prædicat, (b) atque docens aliquos præ-  
cepta salutis

A peccatorum, sacro baptismate nævis  
Tergit sicque prior sanctus Wilfridus in illis  
Exercere sacrum magno cum fœnore terris  
Cœpit opus, quod post felice labore beati  
Complevère viri sanctus (c) Wilibrordus, &  
ejus

Adjutor

(a) Anno 677.

(b) Sanctus Wilfridus Episcopus Frisia Christum an-  
nuntiat.

(c) Willibrordus.

Adjutor sanctus Swibertus. Cumq; probatus  
 Sacras Egberti (a) rumor venisset ad aures  
 Saxoniam, Frisiāque meris erroribus esse  
 Implicitam, falsoque deūm sordescere cultu,  
 Ingemuit valde Præsul statuitque salubri  
 Consilio citius cæcas has visere gentes,  
 Cum cunctis sociis, si fors traducere posset  
 Ad fidei lumen: supero monitore retentus  
 Misit iis unum (b) Wigbertum nomine  
 Mystam

Cum pueris binis; quoniam verissimus ipse  
 Contemptor mundi, docto suavissimus ore;  
 Qui scandit navim, Frisiæque ad littora  
 vectus

Binis continuis annis, documenta salutis  
 Radbodo Regi, gentique inclamat illi;  
 Ast obstante vafri cœptis felicibus astu  
 Dæmonis, & natione ferâ plerumque do-  
 cendo

Profecit modicè: quare vir gente relictâ  
 Ascendit navim, tristisque redivit ad  
 Anglos.

At pius Egbertus lacrymis perfusus acerbis  
 Ingemuit multum, redditus dum cernit in-  
 anes.

CA-

(a) Sancti Egberti zelus erga conversionem Frisia-  
 num.

(b) Wigbertus Frisia predicit Christum.

## CAPUT VI.

BeatI VVILLEbrorDVs, sVVIBer-  
tVs, & bIs qVInI presbyterI aD  
teVtones abLegatI IesV fIDE  
Ipsos InstrVVnt.

**A**ttamen Egbertus Præsul ter sanctus, a-  
manter  
Quorumvis hominum sitiens, zelansque  
salutem  
Et Germanorum primò, quia primitus Angli  
Germanis orti, nequaquam destitit isto  
Proposito, tentavit adhuc transmittere  
sanctos,  
Infractosque labore viros, ad verba salutis  
Danda per appositos. Igitur selegit in unum  
E variis claustris bis senos Præsul, ut irent (a)  
Germanis suadere fidem, Christumque. Fu-  
erunt  
Illas transmissi sanctus (b) Wilbrordus ad  
oras,  
Sanctus Swibertus, sanctus Wigbertus, u-  
terque  
Ewal-

(a) Duodecim monachi mittuntur ex Anglia ad conver-  
tendos Germanos.

(b) Willibrordus.

Ewaldus (a) Wilbaldus item, Winibaldus,  
& Acca.

Atque Werenfridus, junctus Lebuinus eis-  
dem,

Et Marcellinus Venerando à Präfule. Dicti  
Omnes presbyteri, levitaque sanguine Re-  
gum

Natus Adelbertus; qui linquens patria regna  
Cum dictis, Christi non detrectavit amore  
Latus in externas peregrinus pergere terras.  
Et quia Doctores isti de stirpe fuerunt  
Saxonica, Frisonumque sati, potuere per-  
aptè

Germana Christum genti proponere linguâ.  
Quorum post aliqui profuso sanguine  
Christum

Testati; Quidam circumcurrente docendo  
Vitam triverunt; Alii post fata priorum  
Pontifices facti, sicut narrabitur infrà  
Dispositis igitur cunctis, quibus esse necesse  
Censebant, socios, carosque valere parentes  
Bis seni faciunt; postquam benedixit eisdem  
Egbertus, comitante Dei bonitate, secundo  
Trajectum vento; pergunta: (b) Cum Papa  
beatus

Sergius, Imperii Moderator Justinianus  
Esset, & Alfridus fidei mirandus amator

Rex

(a) Willibaldus.

(b) Anno 690.

Rex Nord-Humbrorum, decimusque (a)  
Aldwinus ovilis

In Agripinatis supremus Episcopus esset.  
Qui cum venissent optata ad regna, secuti  
Mores Ecclesiæ primū nascentis, habere  
Vel minimum proprium nullus cupiebat  
corum

Quēs utebantur, (b) sed erant communia  
cuncta.

Ergo Trajectum fortes, Frisiāmque priorem  
Intrantes Christum constanter ubique do-  
cebant.

Prosecere parum primō, quia nescia flecti  
Gens Frisiæ Idolis potius libare volebat (c)  
Quam vero servire Deo, nec dura superbè  
Contemnebat eos solum, legemq; Tonantis,  
Sed nisi cessaret citius, deperdere dirā  
Morte minabatur, quod pensans sancta  
caterva

Compatiens miseris Numen cœleste rogabat,  
Quatenus æthereā vellet perfundere luce  
Cæcatos animos, ut sic Idola reliquant  
Cum fatuo cultu, credant constanter in Ipsum  
Ne tam formosas sorberet fauce voraci  
Dis animas, secumque trahens demerget  
orco.

## CAPUT

(a) Aldovinus decimus Episcopus Colonensis,

(b) Art. 4.

(c) Frijones fidem aversantur.

## CAPVT VII.

sanCtVs VVIgbertVs petItO sæ-  
pIVs MartyrIo à sæVo frIsIæ ty-  
ranno affICItVr, & sanCta tra-  
ieCtensIs eCClesIa cX-  
strVItVr.

**Q**uando Trajecto regali sede fugatus  
Radbodus faustis Pipini Principis armis  
Fugrat in Terram, quæ Fostelandia dicta  
A Foste idolo, quod erat solemnius, illic (*a*)  
Wigberti monitis Mystarum sancta caterva  
Convenit, hicque statim Fostes delubra  
profana  
Destruit atque Jovis, Christum deprædicat  
illis  
Gentibus, ast homines tantum tres surri-  
pit orco,  
Radbodus delubra Jovis, Fostesque jacere  
Percipiens, fremuit multum probrumque  
deorum  
Ulcisci statuens, dirè jugulando necari (*b*)  
Wigbertum jussit, qui toto corde solebat  
Exorare Deum tali pro morte: fugatque  
Parti-

(*a*) Frisones difficulter possunt converti.

(*b*) Martyrium Sancti Wigberti.

Partibus his alios, illi (dum mente revolvunt  
Sævitiam regis, genus intractabile gentis  
Aspiciunt) adeunt pertristi pectore dictum  
Pipinum, quos Dux multo sucepit amore.  
Et quoniam nuper, depulso rege, priorem  
Subdiderat Frisiām, rursus demisit in il-  
lam (a)

Subjectis mandans paganis acriūs, istis  
Ne quīs tentaret gravior præconibus esse  
Unde brēvē multi, superis afflantibus, orco  
Surrepti, fidei veræ, Christoque rebelle  
Inflexēre caput, qui Trajectense (b) sub-  
intrant

Castrum, qua dudum Magnus Dagobertus  
in urbe

Templum (quod sancto Thomæ solemnē  
dicabat)

Mandavit fieri, sed mox Gens effera terra  
Illud adæquavit, quare prope rudera primæ,  
Post Christum natum sexcentis scilicet annis  
Et nonaginta quinis, (c) augustius ædem  
Exstruxēre Cruci sacram, quâ tuta periclis  
Gens conversa queat Baptismi fonte renasci.

CA

(a) Pipinus Prædicatores suā authoritate tuerur.

(b) Trajectum oīim Wileenburg.

(c) Anno 695. Ecclesia S. Crucis Trajecti erigitur.

## CAPUT VIII.

sanCtVs sVVIbertVs abrIpItVr  
 à paganIs , VInCLIs ConstrIngl-  
 tVr & ergastVLo InCLVDItVr,  
 ast InDè ab angeLo Libe-  
 ratVr.

**P**lpini studiis conversæ copia gentis  
 Crescit in immensum, missis fit maxima,  
 verùm

Messores pauci , (a) quod ubi videre relati  
 Presbyteri , bini bini , trinique quibusdam  
 Adjunctis sociis ex his qui corda recenter  
 Subdiderant fidei ; Varias ivere per oras  
 Teutoniæ, Christum suasuri gentibus ; Inter  
 Hos Swibertus erat divino fervidus igne,  
 Qui , Marcellino tales comitante per oras,  
 Atque Werenfrido , grandem devenit in  
 urbem

Ritibus oppletam vanis , fanisque , Duérstatt  
 Est illi nomen , passus bis mille per ortum  
 Trajecto distans , quā dum proponeret Unum  
 Esse Deum Christum , qui cunctos axe bearet  
 In se credentes unaque moneret inanes  
 Fostes , confitique Jovis dimittere cultus,

B

Quod

(a) Lnc. 10.

Quod pro Numinibus venerata idola repleta  
 Dæmoniis essent, nihilumque salutis habere,  
 Cultoresque suos ne quidquam posse juvare  
 Monstrareret, pagana cohors, mystæque  
 beatum

Ocyus abripiunt, (a) repetito verbere tun-  
 dunt

Clamantes: nostram sceleratiūs ore profanat  
 Blasphemo legem, Fostenque Jovemque  
 potentem

Dæmonas affirmat, populum seducit, ubique  
 In cruce suffixum Jesum deprædicat audax  
 Esse Deum verum, sibitâ nisi cæde periret,  
 Aut profugaretur, splendor, cultusque deo-  
 rum

Cessabit delubra ruent, legesque paternæ  
 Annihilabuntur: Vulgo vix talia suasit  
 Ira sacerdotum, cunctorum voce tenetur, (b)  
 Mandatur vincis, occultâ cæde necandus  
 Manè novo, nec enim populus crudelior  
 audet

Occidisse palam, quoniam ditione tenebant  
 Christicolæ Vicum; Socii duo corde dolentes  
 Et flentes, sanctum nigricans comitantur ad  
 antrum

Usque Virum, sanctus cernens hoc, ore  
 sereno

Pro

(a) S. Suuheritis verberatur.

(b) Mittitur iu carcere.

Pro Christo , verâque fide durare sodales  
Hortatur , diramque docet contemnere  
mortem.

Sub galli verò cantu, meditante Beato  
Swiberto , sociis autem lachrymantibus,  
ecce

Cœlestis Genius miro splendore coruscus  
Astat ei dicens : Noli timuisse fidelis  
Serve Dei , tecum Dominus : Vinctumque  
resolvit (a)

Mandans , ut doceat Christum constanter  
ubique;

Quo factò rediit Genius cœlestis ad astra.  
Is verò ad socios veniens mox geua flexit  
Gaudenter secumque Deo persolvere grates  
Pro Genio missò tantoque levamine iussit:  
Gentiles autem Mystæ, Fostesque, Jovisque  
Præcipue vincitum cum , mane sequente ,  
solutum

Vinclis audirent , de majestate deorum  
Cœperunt dubitare magis Christumque  
potentem

Exclamant, verùm Swibertus mane sequente  
Ad populum dicens multos virtutis amore  
Succedit , nemoque manus injecit in illum.  
Cum Traiectensem post hæc rediisset in  
urbem

Cum binis sociis, secum quæcumque peracta  
B 2 In

(a) Per Angelum educitur à custodia.

In dicto vico, retulit confratribus, illi  
Unâ voce Deum, flentes ob gaudia, laudant

In

## CAPUT IX.

I

VICVS hagensteInensIs stVDIos  
beatI sVViberti, IesV saLVA  
VatorI, VeræqVe fIDel  
sVbDIvR.

**P**Ost hæc in varios vicos, villasque recessis  
Per Frisonis, Batavique plagas penetra-  
vit & oras  
Teisterbandenses Christum constanter in  
illis  
Promulgans, quamvis contraria multa sub-  
ipsis

Paganis esset passus, fortisque tulisset,  
Attamen auxilio superum suffultus ubique  
Voce salutiferâ multos convertit. Eodem  
Anno, cum sociis memoratis antè, Beatis  
Nempe Werenfrido, Marcellinoque subivit  
Districtus Batavi partem, quæ respicit or-  
tum,

Quâ vicus florens, Hagenstein dictus, ad  
Austrum  
Trajecto distans per passus mille. Relato  
Ut

Ut vico advenit, Festum solemne colebant  
 Gentiles, igitur clamans accessit eorum  
 In medium, dixitque : (a) Viri quotcunque  
 profanis.

Fertis thura diis , properate , attendite:  
 quippe

Nuntius Excelsi. Vesti, quēis thura cre-  
 matis,

Sunt idola dii , falsis , spurcisque repleta  
 Dæmoniis, qui vos ludunt, non Numinæ vera,  
 Sed simulacra manu figuli compacta, va-  
 fræque

Arte reperta stygis: quare dimittite , chari,  
 Illorum cultus , in solum credite Jesum ,  
 Qui Deus est verus , purâ de Virgine solùm  
 Propter nos homines natus , nostramque  
 salutem,

Ut genus humanum lapsum restauret , is etsi  
 Factus homo propter primi peccata Parentis,  
 Affixusque cruci , membris surrexit eisdem  
 Post tres ipse dies tumulo redivivus, ut antè,  
 Discipulisque suis Illum cernentibus, astra  
 Conscendit , dextrâque Patris sedet omni-  
 potentis ,

Denuò venturus , quando lux ultima mundi  
 Fulserit, ut reddat cœlestia gaudia cunctis,  
 Qui credunt in Eum , simulacra nefanda  
 deorum

(a) Sanctus Swibertus concionatur in Hagenstein.

Linquentes, cōtrā juges damnabit ad ignes  
Infernī, quotquot pergent his thura litare;  
Hinc revocate gradus, in verum credite  
Christum

Omnes, stultitiam largē deflete priorem,  
Ad fontem properate sacrūm Deus ipse  
benignus.

Et cum sic Christum constanti voce doceret  
Affirmans, clareque probans quod signa  
sequantur

Credentes in Eum, citius voluēre probare  
Illud gentiles, hinc adduxere repente  
A partu cæcum, Sanctoque stitēre jubentes  
Hac ut prole fidem Crucifixi Numinis antē  
Tantis laudatam verbis, evinceret actis  
Veridicis, cæcum præfati in nomine Christi  
Curando puerum, si sit facturus, in ipsum  
Unanimes credent, quod si præstare nequiret  
Tanquam destructor legum, fœdusque  
deorum

Hostis mactandus. Sanctus Swibertus ad-  
actus

Mystarum jussū, superūm sua genua flectit  
Ad Dominum, sociosque monens concur-  
rere, dicit:

Jesu Christe preces audi, cæcoque petitum  
Da visum ad laudem benedicti Nominis,  
illis

Gentibus ut superæ renitescat gratia lucis,  
Et

Et confundantur cuncti, qui sculptile adorant,

Idolisque suis nituntur inane, scientes  
Tu quoniam solus DEUS es, rerumque  
Creator,

Præter te nullus: Nec te tua firma fecellit.  
Sancte, fides: Etenim surgit confisus in  
unum

Auxilium Christi, sancta cruce signat ocellos  
Oblati cæci, constanter voce sonorâ  
Dicens: in nostri, quem prædico, nomine  
Jesu

Solius, verique Dei tibi mando miselle  
Ut videoas, vix hæc dixit, bonitate supernâ  
Aspirante suos cæcus patefecit ocellos (a)  
Protinus, & clarè vidit, qui lumine gaudens  
Toto corde Deo grates persolvit, & omnes  
Effecit lætos visu, pedibusque volutus  
Sancti Swiberti, clamavit voce frequente:  
Is solus Deus est, coeli terræque Creator,  
Quem docet hic Præco. Gentiles mente  
stupebant

Hæc nova cernentes oculis, penitusque  
beatum

Cessantes vexare virum, cum Flamine villæ  
Compuncti veniam sceleris petiere prioris.  
Is sermone pio multum firmavit eosdem  
In rebus fidei, gaudebat villa, dieque

B 4

Hac,

(a) Signo crucis cæcum natum illuminat.

Hac nomen Jesu miro pietatis honore  
Est exaltatum. Complures insuper horum (a)  
**C**redentes, Divus sacrâ Baptismatis undâ  
A scelerum nævis lavit; sed mane sequente  
In fanum cunctos cives, cæcumque vocavit,  
Et docuit Christum, qui tanto lumine corda  
Cæcatæ gentis miserens lustravit, ut omnes  
**C**redentes ultrò delubra profana deorum  
In templum Christi, summa pietate, rogarent  
Converti, quod post, cum factus Episcopus  
esset.

In Jesu Christi, divæque Parentis honorem  
Consecravit, ubi miracli fama per oras  
Vicinas venit, donatum lumine cæcum,  
Multi noscentes, Swibertum sponte seqnun-  
Atque Dei verbum discentes ejus ab ore (tur,  
Nonnulli, credunt, & baptizantur ab illo.

### CAPUT X.

**b**eatI VVILLebrorDVs à sergio  
papa arChIepIsCopVs, & sVVI-  
bertVs à VVILfrIDo epIsCopVs  
pro terrIs frIslæ Conse-  
CrantVr.

**C**Um porrò studio Præconum cresceret  
ingens  
Illorum

(a) Multè convertuntur à Sancto Swiberto.

Illorum numerus, quos sacro fonte lavabant  
 Dicti Presbyteri, nec haberent templa sacrata  
 Ad quæ conversum populum pro more vo-  
 care,  
 Officium celebrare sacrum, completereque  
 possent:

Unanimi sensu geminos statuere creandos  
 Pontifices Frisiæ, Swibertum nempe peritum  
 Scripturæ sacræ, mansuetum corde piumque;  
 Et Willebrordum sanctis virtutibus omnes  
 Vincentem: (a) Sanctus verò Swibertus  
 ad Anglos

Ewaldis geminis, Accâ paucisque novellis,  
 Et Marcellino circumstipatus abivit.  
 Et nonâ Augusti sospes cum fratribus hisce  
 Venit Eboracum, magnoque receptus ho-  
 nore

In patriis laribus, tandem tendentibus inde  
 Swiberti veniâ vicinos versus Hybernos  
 Binis Ewaldis, reliquis stipatus adivit  
 Swibertus sanctum Wilfridum, quippe  
 beatus

Egbertus morbo pressus graviore jacebat,  
 Et causam retulit quare venisset, ut ipsum  
 Confratrum Frisonum precibus permotus  
 in Album

Pontificum referat; Sanctus Wilfridus ut  
 audit

B 5

Factos

(a) SS. SWIBERTI & WILLEBORDI PRÆSTANTIA.

Factos in Frisia fructus, in gente repletus  
 Lætitia gaudet, quoniam succenderat igne  
 Catholicæ fidei mentes fatalibus antè  
 Implicitas tenebris, cunctaque accresceret  
 horâ

In  
 Illorum numerus, qui spretis atque relictis  
 Idolis, Christum colerent, latusque (a)  
 creavit

Ipsum Pontificem, quando tua festa redibat  
 Bartholomæc Dies, binis ad tanta vocatis  
 Munia Præfulibus. Dum dimittebat eundem  
 Exhortans dixit: Frater dilecte labores  
 Nulli te frangant, non ora scelestæ, ma-  
 nusve

Crudeles paveas, noli timuisse mucrones  
 Qui corpus perimunt, animam non per-  
 dere possunt,

Sed quod cœpisti munus constante labore  
 Per fice, scis etenim, quod gloria magna  
 laborem

Magnum compenset: post oscula denique  
 Præful

Illum dimisit, sociis comitantibus, Accam (b)  
 Detinuit secum, quem post præfecit ovili  
 Lindisfarnensi, sed Willibrordus eodem  
 Anno Pipinum visit, multoque remansit

Tem-

(a) Sanctus Suvibertus à beato Wilfrido ordinatur  
 Episcopus Anno 695.

(b) Acca fit Episcopus Lindisfarnensis.

Tempore cum Domino, qui tandem vere  
sequente

Mittitur ad Papam Præful sacrandus ab ipso  
Pro Frisiis populis, quod factum, (a) quan-  
do tenebat

Sceptra Leo (b) Cæsar, fuit autem sanctus  
in æde

Cæciliæ sacra supremus Episcopus, Hujus  
Virginis in festo, Frisonum pro gente creatus.

## CAPUT XI.

sanCtVs sVVIbertVs epIsCopVs  
CreatVs, teIsterbanDensIs prIn-  
CIpatVs popVLos, pIls Con-  
Clonibus ConVertIt.

PONTIFICIS verò sanctus Swibertus honore  
Suffultus, Patrem, Matrem, notosque  
salutans

Cum Christi famulis ipsum comitantibus  
indè

Ad Frisiæ Gentem rediit, venitque per an-  
num

Et multò citius, quam Willebrordus ab urbe  
Româ

(a) Anno 696.

(b) Hunc alii vocant Leontium.

Româ Trajectum, magnoq; receptus amore  
A cunctis, Mytram dignis virtutibus ornat:  
Quippe dein vixit multò mansuetior, atque  
Simplicior, constanter opus, quod coepe-  
rat explens,

**I** Oppida, rura, casas, vicos, castella pedestre  
Percurrit cunctis facturus verba salutis,  
Hollandos etiam, Frisones, populosque  
Ducatus

Teisterbandensis visit, multosque reduxit  
Ad Christum, simulacra deūm solerter  
ubique

Destruxit: dulci verò sermone Ducatum  
Teisterbandensem propè totum credere  
Christo

Edocuit, per quem construxit plurima  
templa,

Aut confititorum delubra profana deorum,  
Numinis æterni, divīsumque sacravit honori:  
Scilicet in Zandwick templum tibi sancte  
dicavit

Martyr Vincenti, post hæc sacravit in Arckel  
Virginis intactæ, Divæ Genitricis honori;  
Nec non in Schoenrword, Aelborch, Au-  
thuesden & Hoernaer,  
Woudrichen ac Malsen, Rhyswick, in  
Ghiesen & Erkum,

His

(\*) Multos in Hollandia, Frisia & Teisterbandia con-  
vertit.

His addas Almkerk , Avesact complura-  
que præter  
Hæc quæ sacravit . Vir erat Comis atque  
benignus  
Erga visentes, sempèrque precando tegebat  
Conversum per se populum , monitoque  
falsibri  
Ad divinorum , cœlique vocabat amorem.

## CAPVT XII.

sVb MersVs aLIqVI s à beato  
sVVIberto restItVI tVr VI tæ, &  
Vrbs DVerstat ConVer-  
VertItVr.

**Q**uantumvis adeò Frisonis , Batavique  
per oras  
Swiberti nomen, virtusque (a) volârit, ut ipsi  
Pagani Mystæ cernentes signa stuparent  
Glorificare tamen mirâclo clariùs ipsum  
Omnipotens voluit : bonitatis namque su-  
pernæ  
Miro consilio , dum (b) sanctus Episcopus  
ædem

In

(a) Celebris' Sancti Swiberti fama.

(b) Anno 696.

In vico Malsem (vicum præterfluit amnis  
Condictus Linghen) sacraret, contigit, ut  
quis

Illustris juvenis, nomen Splinterus eidem,  
Ex stirpe Andengyn, Primatis ab urbe Duérstat  
Filius explorare volens Mysteria magna  
Chistiadum fidei, cum primis acta Beati  
Swiberti, de quo, quamvis incredulus esset,  
Insolita audivit, cum trino manè cliente  
Intraret navim, visurus quomodo templum  
Sacraret Præfus, quoniam vix distat ad Au-  
strum

Millenos passus Malsensis villa Duérstat.  
Cumque foret petulans medio jam flumine  
Rheni,

Naviculaque labro, variè nugando, sederet  
Incumbens gladio (quoniam pes lubricus  
illum

Fallebat) retrò cecidit, Rhenoque sepul-  
tus. (a)

Hoc trini socii, servique in nave videntes,  
Nec tamen ex undis miserum salvare po-  
tentest

Tristati multum clamando littus utrumque  
Rheni complebant; decujus morte Parentes  
Non solùm, notique gravi moerore do-  
lebant,

Sed cuncti fatum luctu vehemente geme-  
bant. Festinè

(a) Splinterus adolescens submergitur.

Festinè verò servi fugere timentes  
 Ingentes poenas. A pescatore saganâ  
 Funus triste die tandem reperitur eadem,  
 Deferturque domum, qui quamvis artibus  
 esset

Immobilis, Mystæ tamen exhortantur eorum  
 Ut lecto positus Martis portetur ad Aras.  
 Christicolas etenim Mystæ videre profani  
 Defunctos subito, rapidovè in flumine  
 meritos

Impositos aris, votis, fusisque suorum  
 Pontificum precibus, vita donatae priori.  
 Guntherus verò miles celeberrimus armis  
 Splinteri Genitor festinans Martis ad ædema  
 Cum notis, totaque domo funesta litavit  
 Munera Mavorti mactans animalia multa,  
 Ut nato vitam divâ virtute priorem  
 Redderet, at Genitor binis ubi perstigit  
 horis  
 Sacrificans, oransque deum, nihilumque  
 (a) salutis

Sensisset, moerens animo diffidere cœpit,  
 Cum non audisset transacto tempore tale  
 Paganos fecisse deos. Sed protinus adsunt  
 Christicola multi, qui funus triste sequuntur  
 (Ut finem videant) Mavortis in atria Fani;  
 Illi Guutheri luctum, generisque dolorem  
 Spectantes toto gaudebant corde deorum  
 Debi-

(a) Mars frustra invocatur.

Debilitate, Patrem mœstum duxere seorsum  
 Ipsi suadentes, ut mitteret ocyis unum  
 Sancto Swiberto, qui de præsente moratur  
 In Malssem, puerum Domini virtute superni  
 Ipse procul dubio redivivum redderet illi,  
 Si linquens idola Pater mox credat in istum:  
 Ast Guntherus ubi percepit tale, recordans  
 Qui tentus vincis sanctus Swibertus ibidem  
 A Genio cœli resolutus liber abisset,  
 Quomodo in Hagenstein in Jesu nomine  
 visum

Donasset coeco', verbis allectus eorum  
 Absque mora minima dictam properavit  
 ad urbem

Malssem, cum notis aliquot, cernensque  
 Beatum,

Descendit devotus equo, pedibusque vo-  
 latus

Oscula dat manibus, lachrymans enarrat  
 eidem

Unigenæ mortem, perstatque precando  
 Duérstat

Ut secum redeat, sacroque in nomine Jesu,  
 Qui Deus omnipotens, natum revocaret ab  
 orco,

Se, totamque domum, celebri cnm stem-  
 mate, Christum

Esse amplexurum spondens, farumque la-  
 lavacrum.

Ac

S. SWIBERTI.

33

At Swibertus cum mirâ comitate levabat,  
Ac benè suscipiens consolabatur, & etsi  
Condoluit misero, metuens tentare (a) To-  
nantem

Sese excusavit. Sed miles denuo sacras  
Amplexans plantas precibus ferventibus in-  
stat,

Ut propter Jesu, secum properaret amorem:  
Et sic permotus longis singultibus ejus,  
Atque Werenfridi precibus, Fratrumque,  
Duérstat

Pervectus curru post horam vespere sextam  
In vicum venit, quem plebs in littore Rheni  
Multâ expectabat, mystis mōrentibus. Undâ  
Ergo transmissâ Juvenis cum funus adiret,  
Mechtildis mersi Genitrix occurrit eidem  
Ut demens mulier, pedibusque voluta plateâ  
Clamavit dicens: Sanctissime serve Tonantis  
Heu! succurre mihi, revoca de funere pro-  
lem

In vestri virtute Dei, siamque fidelis  
In Jesum credens, quoniam simulacra  
Deorum

Nostrorum nequeunt vivum mihi reddere  
natum.

Submersus verò Splinterus denuo Martis  
E templo portatus erat Genitoris ad ædes, (se  
Quo veniens sanctus, petit, ut dignentur ades-  
C      Praesto

(a) Si Swibertus detrectat excitationem defuncti.

Præsto fanorum Mystæ, videantque potenteris  
Virtutem Christi; Socios incumbere jussi  
Interea precibus, Numenque rogare Su-  
pernum,  
Ut Juvenem reddat vivum: Simul ipse  
precatus.

Cum flerent igitur cuncti, paucique tre-  
mentes  
Venissent Mystæ Splinteri à Patre vocati,  
Ad Dominum sanctus Swibertus poplite  
flexo

Et multum lacrymans clamavit: (a) Christe  
benigne  
Qui miserens hominum, nobis es factus  
asylum,

Nostris inclina precibus clementior aurem,  
Ut tua sic tandem notescat gloria genti  
Paganæ, & videant verum nos credere,

Teque  
Esse Deum solum, cuius clementia finem  
Nescit, ad æternum dulcis Salvator honorem  
Vivifica puerum lusum Caco-Dæmonis  
astu,

Ut cernant stygiis idola fuisse repletas  
Spiritibus statuas. Ubi dixit talia, surgens  
A precibus, Christum compellat voce se-  
quente:

Qui Lazarum tumulo, Jesu dulcissime, vivum  
Surgere

(a) Precatio sancti Swiberti.

Surgere jussisti fletu vehementer sororum  
Permotus, vitæ puerum hunc quoque red-  
de priori :

Submersaque manum capiens in nomine  
Jesu

Ad vitam rediisse jubet, Christumque fateri.  
Mox puer occlusos vivis patefecit ocel-  
los, (a)

Surrexit velut è somno graviore gemiscens,  
Amplectensque pedes venerandi Præfulis,  
altum

Suspirans cunctis illic præsentibus inquit:  
Non Deus est alius cœlum terramque gu-  
bernans,

Quam Dominus Jesus Christus crucis arbore  
fixus,

Quem suadet Præfus, servus sanctissimus ejus,  
Qui nimiâ bonitate suâ me traxit ab orco  
Ac rursum junxit vivis. O vita beata!  
Quæ mortem alterius votis, precibusque  
fugavit

Corporis, exuviis vietum spoliavit avernum,  
Nulla procul dubio præceps mors jura te-  
nebat,

Sanctus Præfus ubi devotâ mente precatus.  
Mirati multum, factum quicunque videbant,  
Laudârunt Dominum, qui tanto clarifi-  
cavit

C a

Sanctum

(a) Excitat mortuum.

Sanctum Pontificem signo, pedibusque <sup>(a)</sup>  
voluti

Sacris, cum Myfis Baptismi fonte lavantur  
Credentes: demum laeti venere Parentes  
Cognatiq[ue] Deo devoto pectore grates  
Solventes, sanctoque viro; dant oscula  
multa,

Sed quoque Swibertus prostrato corde be-  
nignum

Laudavit Dominum, quod signum tale de-  
disset

Gentibus. Ast tantus clamor, strepitusque  
plateâ

Paganæ gentis, vivum spectare volentis  
Factus, ut antistes nimio clamore coactus  
Vestiret, secumque foras perduceret illum  
Ad laudem Jesu, quò posset quisque videre.  
Quem cum spectarent vivum, dixerat  
profectò

Christiadum magnus Deus est; qui talia  
fecit

Per servum. Juvenis verò suscepit eodem  
Temporē Baptismum, pariter cognatio tota,  
Præterea <sup>(b)</sup> centum, viginti, sexque; minores  
Illis si demas pueros. At luce sequente  
Sanctus Swibertus crimen monstravit Adami  
Verbum incarnatum, bonitatem Numinis,  
atque

In-

(a) Multi hoc miraculo convertuntur.

(b) 126, baptizantur.

Inventum stygium circa simulacra deorum.  
Insuper ostendit poenis immanibus orci  
Addici quotquot statuas venerantur inanes  
Contempto Christo, quare pars magna

Duerstat

Credit in Christum, de quo jam plurima  
servit.

Proxima Christicolis. Permansit in urbe  
diebus

Swibertus multis Christum suadendo, fideles  
Firmando: nec fex duntaxat credula vulgi,  
Sed quoque presbyteri miracula tanta vi-  
dentes

Perfidiam posuere suam, sprevere profana  
Numina, sunt loti, sacrâ Baptismatis undâ.

### CAPUT XIII.

beatVs VVILLebrorDVs rōMā  
reVersVs, & beatVs sVVibertVs  
antIstItes frIsonIbVs eVan-  
geLizant.

Interea factus (*a*) supremus Episcopus urbe  
Romanâ rediit Sanctus (*b*) Wilbordus  
ad oras

C 3

Germa-

(*a*) Anno 697.

(*b*) *Willebrordus.*

Germanas ; quare sanctus Swibertus eidem  
Obvius occurrit , donec venisset ad urbem,  
Embrica cui nomen , (a) summoque recepit  
honore

In Domino latus . Qui dum cognosceret  
illum

Pontificem Frisiae factum , populosq; Ducatus  
Teisterbandensis , Batavos , Frisiaeque prioris  
Jamtum conversos , Traiectensesque fideles  
Augeri multum numero crescente , Tonanti  
Immensas retulit laudes : pergensque deinde  
Traiectum , Templum fieri curavit honori  
Sancti Martini , certis hoc (b) Cenobiarchis  
Tradens , quo Cathedram fixit , sanctoque  
juvante

Præfule Swiberto sacravit . Ubique deinceps  
Per Frisiae potuere plagas post fata ferocis  
Radbodi Regis , præcepta docere salutis . (c)  
Quare per terras Frisonis , Batavique vagantes  
Pontifices ambo , rudibus documenta dedere  
Suadentes sectam , vanosq; relinquere cultus :  
Omnibus in pagis vulgârunt dulcia pacis  
Nuntia , presbyteros per partes quasque  
creârunt ,

Qui baptizando , gentesq; docendo juvarent ,  
Præci-

(a) Sancties Willebrordus à sancto Svviberto honorifi-  
cè exceptus.

(b) Canonici Cenobita.

(c) Sancti Willebrordus & Svvibertus Batavis & Fri-  
sonibus predican.

Præcipuè hoc, magnâ fecerunt urbe Duérstat.  
 Intrâ quam binos faciendo verba per annos  
 Ad Christum cives omnes duxêre, fildemque,  
 Ac commutantes delubra profana deorum  
 In Christi Ecclesias Parachos in eisque cre-  
 ârunt

Quinquaginta duos; (a) Gunteri militis usi  
 Auxilio multum; (b) Daciæque docendo  
 penates

Usque penetrârunt, multas è gentibus istis  
 Catholicæ fidei junxerunt. Cumq; per annos  
 Quosdam sudâssent gnavè, redière beati  
 Trajectum sociis narrantes, quanta per illos  
 Fecisset Dominus: Swibertus tempore  
 quamvis

Præcessit Willebrordum, tamen ordine (c)  
 primus

Hic, quod supremus specialiter ipse creatus  
 A Papa Præsul, Frisiæque remissus ad oras,  
 Et quod ab illustri Pipino Principe, & ejus  
 A nato Carolo dono perceperit urbem  
 Trajectum pro se, pro successoribus, atque  
 Omne simul, quidquid dictâ dependet ab  
 urbe:

Non Traiectensis Swibertus Episcopus ergò,  
 Sed Willebrordi tantum Co-Episcopus ipse.

## C 4

## CAPUT

(a) 52. Ecclesiæ parochiales in Duerstat dedicant.

(b) Danis predican.

(c) Sanctus Willebrordus I. Episcopus Traiectensis.

## CAPUT XIV.

VILLEbrorDI, & sVVIbertI  
soCII, aC presbyterI, per VICI-  
nas proVINCIas DIstrIBVTI, Con-  
stanter gentIBVs eVangelion  
annVntiant.

Pontifices igitur dicti, sociique videntes  
Quod multus populus conversus, in æde  
novella  
Trajecti Synodus (a) celebrantes, more  
priorum  
Discipulūm Christi statuere salubriter omnes  
Ad varias circūm Praecones mitttere gentes,  
Ut Christum doceant: hoc autem tempore  
clari  
Praecones aderant (b) Trajecti. Nempe beatus  
Winfidius, qui cum tredecim degisset ad  
annos  
Illo cœnobio, summus fit Episcopus ipse (c)  
Urbe Moguntiacâ, Bonifacius inde vocatus.  
Qui Willebrordi rediens post fata, secundus  
Trajecti

(a) *Synodus Traiectensis.*

(b) *Catalogus insignium Virorum in Ecclesia Traiectensi.*

(c) *B. Winfidius fit Archi-Episcopus Moguntia.*

Trajecti Pr̄esul, voto concorde, creatur,  
Qui sex atque decem postquam docuisset in  
annos

Per Frisiam, retulit profuso sanguine palmam  
Matyrii, sociique: pari cum fine triumphant  
Wiro (a) Deirorum, Plechelmus Episcopus  
(b) albâ

De Massa. Mystas sequitur Levita beatus (c)  
Othgerus. Synodo sanctus Swibertus eidem  
Et Willebrordus pr̄ærant illâque statutum:  
Ut Christum pandant externis gentibus o-  
mnes

Præcones primi: quare (velut ante relatum)  
Sancto Swiberto comitante, reversus ad An-  
glos

Acca, à Wilfrido sacratur Episcopus urbis  
Augustaldensis, sanctèque quievit ibidem.  
Pro Christi verò (d) Wigbertus honore ne-  
catus

A Mystis Fostes, sanctus (e) Wilbaldus ad  
ortum

Francinegas adiens, est Eistatensis ovilis  
Antistes factus: Cujus decernitur Abbas  
Heyndellamensis frater, (f) Winbaldus,  
corum

C 5

Wal-

(a) SS. Wiro, & Plechelmus.

(b) Candida.

(c) Sanctus Othgerus. Histor. Eccles. l. 5. c. 24.

(d) Sanctus Wigbertus Martyr.

(e) Willibaldus. (f) Sanctus Winebaldus.

42

V I T A

Walburgis (a) Germana fuit. (b) Lebuinus  
adeptus

Pontificis Mytram, pro Christo funus obivit;  
Ewaldi (c) gemini Nabiam venere docentes  
Constanter Christum; Nabiā petière ferocem  
Saxoniam, clarumque illâ Regione Trium-  
phum,

Sanguine profuso, bini meruere: Beatus  
Mysta (d) Werenfridus Praeco celeberrimus  
inter

Hos, versus Batavos abiit, Christique no-  
vellum

Circa Westerwoirt, ac Elst, partesque pro-  
pinquas

Ter faustè rexit populum, magnisque co-  
ruscus

Signis Westerwoirt defunctus in Elst tumu-  
latur.

Sanctus (e) Adelbertus Christi levita, potentis  
Regis Edilbaldi Natus, felice quievit  
Egmondæ fato, dignéque sepultus ibidem.  
Elst, (f) Marcellinus venerandus presbyter  
autem

Transisclam missus, sub qua Covordia,  
Trenta,

Alden-

(a) Sancta Walburgis Virgo.

(b) Sanctus Lebuinus Martyr.

(c) Sancti Ewaldi Martyres.

(d) Sanctus Werenfridus.

(e) Sanctus Adelbertus. (f) S. Marcellinus.

Aldenseel, nec non Daventria, Twentaque  
stabat,

Auxilioque Dei populum convertit ibidem  
Ad Christum fermè totum: mansitque beatus  
In Traiectensi Patria (a) Wilibrordus, eaque  
Vicinis populis Christum monstravit, ubique  
Dispersi reliqui, post longos porro labores,  
Pro Christo vitam clauerunt sine beato.

## CAPVT XV.

MVLier paraLytICa à sanCto  
præsVLe sVViberto In VVeſt-  
phaLIA sanatVr, & popVLVs  
CopiosVs ConVertItVr.

UT Willebrordo dixit, post oscula pacis,  
Triste Vale, sanctus Swibertus abivit  
ab illo,  
Willeico (b) socio, nec non Bosone, Gerardo,  
Et Theodorico Mystis, Laicisque duobus.  
Utpote Waltero puer, pueroque Joanne:  
Westphaliæque (c) plagas subiens, constanter  
in illis

Per-

(a) Sanctus Willebrordus.

(b) VVilleico.

(c) VVeſtphalis Christum predicit.

Perdocuit Christum , multasque docendo  
reduxit

Ad Jesum gentes, & quas penetrabat in oras  
Summoperè studuit simulacra nefanda Deo-  
rum.

Frangere, tartareos ostendere dæmonis  
stus:

Undique currebat populus paganus ad ipsum  
Ipsum auditurus, quoniam sermone suavis,  
Eloquio mitis , cunctis affabilis. Ejus  
Consiliis etiam , vicinis partibus ædes  
Fiebant Christo, quas consecravit & ipse.  
Huc Marcellinus , qui præsens adfuit istis,  
Ac oculis vidit , qui facta sequentia sancti  
Swiberti pariter scripsit, non adfuit autem  
His , quoniam versus Frisiam benedictus ab  
ipso

Perrexit , quando Swibertus (a) Minimi-  
gardum

Cum sociis abiit , quare conscripsit ut ore  
Acceptit fratum ; dictam pervenit ad urbem  
Tempore brumali, populoque ardentius isti  
Persuasit Christum dicens : advertite fratres  
Quotquot ad effigiem supremi Numis estis  
Facti, à quo longè sceleratâ lege paternâ  
Sejuncti vanè simulacra repleta nefandis  
Dæmoniis colitis, quæ non sunt Numinæ verae  
Sed

(a) *Minimigardum* hodiè *Monaſt̄orium Vestphalik*  
dicuntur.

Sed simulacra deūm maledicta fraude reperta  
 Fallacis Ditis, Regum de Lege potentum  
 Atque Tyrannorum, rudibus proposta co-  
 lenda.

Sed Deus est unus, qui, quā Deus ipse, creavit  
 In solo cōclum, terra, mare, cunctaque verbo,  
 Sed propter primi crimen cōmune Parentis,  
 Ne genus humanum, miserandā sorte, per-  
 iret,

Compatiens nobis (etenim desiderat omnes  
 Salvari) nimio succensus amore, Creator  
 Cūctorum demum carnem de Virgine  
 sumpsit,

Ut sanctā lapsam naturam morte levaret,  
 Qui Deus omnipotens redivivus in æthere  
 regnat.

Hinc perdilecti, tandem resipiscite, fratres,  
 Ad Salvatorem contrito corde redite  
 Credentes in eum, clemens est, atque beni-  
 gnus,

Omnes spernentes idola profana, sibique  
 Devotos salvans: Nunquid stultissima res est  
 Exanimem lapidem supremum credere Nu-  
 men?

Compactumque manu lignum in sua vota  
 vocare?

His dictis plures, (a) compuncti cordibus,  
 ipsum

Cum

(a) Monasterienses quidam credunt in Christum.

Cum sociis duxere domum, coluere decenter  
Christiadumq; fidem melius petiere doceri.  
Hac autem quædam contracta enormiter  
uxor

Urbe fuit, quæ, cum medicis prope cuncta  
dedisset,

Et nihil obtinuissest opis, cum nō esset in urbem  
Externum venisse virum, Numenque docere  
Ignotum, fisti Praeconi curva petivit;  
Quare manè novo, cum Sanctus verba salutis  
Ad populum faceret, mulier miserabilis illuc  
Advehitur, quam, cum venerando in No-  
mine Jesu

Signasset Praesul, cunctis spectantibus, ægra  
Personata fuit, quæ post præconia multa  
Immensum gaudens proprias repedavit ad  
ædes,

Atquæ dein rediens, Baptismi fonte lavatul  
In Christum Jesum credens, illamque securi  
Sunt alii plures. Verum memor illa sa-  
lutis (a)

Obtentæ monitis venerandi Praesulis, ædem  
Numinis, & sancti Pauli construxit honori,  
In Pauli festo quoniam sanata fuisset.

CA

\* Mulier à Sancto errata Ecclesiam sancti Pauli con-  
firmit.

## CAPUT XVI.

beatVs sVVIbertVs In BILVeL  
 Dia aLIqVeM à sqVInantla seV  
 angIna sVbItò fanaVIt, &  
 baptIzaVit.

**W**Estphaliæ terris urbs est Bilveldia dicta,  
 Quà vir erat quidam, cui maxima co-  
 pia rerum,  
 Dicitus Adelbertus tantis cruciatibus acris  
 Anginæ tortus, nihil ut glutire valeret;  
 Celebant omnes de vita divitis actum  
 Et conclamatum; Qui dum de Præfulis audit  
 Illustri fama, factisque in nomine Jesu,  
 Circa contractam signis, submisit ad illum  
 Binos festinè pueros, & poscit amore  
 Ejusdem Jesu, ne se visisse recusat  
 Spondens, quod Jesum Christum quoque  
 credere vellet  
 Esse Deum, morbo si se sanaret ab isto;  
 Percipiens Igitur Præfus venerabilis illud  
 Ad Christi Domini laudem; cæcæque sa-  
 lutem  
 Gentis, cum sociis dictam perrexit ad urbem,  
 Ac in agone virum reperit: cum plura pre-  
 catus,

Sacra

Sacra celebravit, multisque videntibus,  
illud

Quo digitos lavit, dedit ægro cumque bi-  
bisset

Mox est sanatus, (a) sanctoque à Præsule  
rebus

Instructus fidei, sacrâ, cum pluribus, undâ  
Est lotus, credensque Deum benedixit; ut  
autem

Hæc signi sonuit vicinas fama per oras,  
Omnes accurrunt Noti, gratantur eidem  
Quod sit sanatus morbo, Dominumque po-  
tentem

Unanimes laudant; Complures insuper ho-  
rum

Credentes Christo se submisere, sacrâque  
Sunt undâ loti, quare durabat ibidem  
Per luces aliquot Præsul Gentesque docebat.

## CAPUT XVII.

### CæCo VIsvM DenVò obtInet.

**U**T per paganos morbo vehementer gra-  
vatos

Oratus multùm venerandus Episcopus, hisce  
Christi-

(a) Sanat hominem angina laborantem.

Christicolisque suis circumstipatus ad urbem  
 Minimigardensem (*a*) rediit, fuit obvius illi  
 Huc reduci cœcus, qui cum cognoscet a deesse  
 Sanctum Swibertum, miser à ductore petivit  
 Ad Sanctum duci, verum quia ductor egenus,  
 Dimisso cæco, Sanctum festinus adiuit  
 Atque stipem petiit : porro non præbuit  
 aures

Clamanti cœco; qui cum magis ore gemente  
 Clamaret, miserum sanctus Swibertus in-  
 audit :

Qui mox Willeicum (*b*) vocitans interrogat,  
 audis?

Quis clamat post nos? respondit presbyter illi  
 Audio, sed nequeo, quidnam sit, dicere:  
 dixit

Tandem Sanctus, habe baculum hunc, ac-  
 cede gementem

Ac illi præbe mandans ut nixus eodem  
 Ad me festinet sacrosancto in nomine Jesu  
 His dictis sanctus (*c*) Willeicus presbyter ivit  
 Et dixit cœco: Swibertus Episcopus istum  
 Pro te transmisit baculum, festinus ad ipsum  
 Ut venias; Sanctus Swibertus substitut autem  
 Exspectans illum, baculum vix cœcus ade-  
 ptus,

Incepit vidisse parum, veniensque Beato  
 D Pro-

(*a*) Monasteriem.

(*b*) Willeichum.

(*c*) Willeicus.

Prostratus grates solvit sacroque lavari  
 Fonte petit dicens: paulum se posse videre  
 Mox sanctus Præsul (a) signo crucis ejus ocellos  
 Muniit, & vidi clarè quæcunque videntes  
 Pagani factum, sacris antistitis omnes  
 Abiecti pedibus, spernunt simulacra deorum  
 In Jesum credunt, sanctum Baptisma ca-  
 pessunt. (urbem)

Minimigardensem (b) cum pervenisset ad  
 Et Christo Jesu non paucos tempore paucos  
 Junxit populos, ac confirmasset amore  
 Divino, verâque fide, migravit abinde  
 Saxoniam versus, grandemque regressus ad  
 urbem (pauco)

Conditam Brunswick, hac gnave tempore  
 Perdocuit Christum, multosque docendo  
 reduxit.

### CAPUT XVIII.

sanCtVs sVVibertVs Vrbe  
 brVnsVVICensi paraLytICVM  
 siGno sanCtæ CrVCIs priorI  
 sanItatI restItVI.

**U**T Brunswick subiit, consueto more  
 docere In-

(a) Signo Crucis reddit visum cœco.

(b) Monasteriensem.

(c) Brunsvicensibus sanctus suvibertus predicas.

Incepit Christum, spreto discrimine vitæ,  
 Ac plures virtute suâ monitisque reduxit  
 Ad fidei lumen, nunquam raro vè quievit  
 A virtute sua, quoties vir namque vacabat, (a)  
 Volvere scripturas, orare, studere solebat.  
 Hoc sub tempus erat quidam sic, parte sinistrâ  
 Debilis, ut nullum lateris movisse sinistri  
 Paulisper membrum, lævovè videre valeret  
 Lumine. Qui postquam medicinis pluribus  
 usus

Effet, at in vanum, de se visentibus audit  
 Advenisse virum, qui tot mirâcla patrasset  
 Westphaliae terris; quare submisit ad ipsum  
 Orans, ne renuat miserum se visere: Sanctus  
 Præfus stipatus sociis, magnâque catervâ  
 Paganæ gentis miserum visurus adivit.  
 Ut subiit, tantâ turbâ circumdatus, ædes  
 Effuditque preces, latus ejus police signat,  
 Et benedicit ei dicens: in nomine Jesu  
 Surge: (b) Miser subito surgit viresque priores  
 Et visum recipit. Complures hocce videntes  
 In Christum credunt, & baptizantur ab illo.  
 Cumque die quâvis multos converteret,

atque

Illi totam virtus à plebe per urbem  
 Divulgaretur, rumor pervenit ad aures  
 Usque sacerdotum; Mystæ vehementer furor

D 2

Adu,

(a) Exercitia sancti Swiberti.

(b) Signo Crucis sanctæ Paralyticum.

Acti, paganam fæcem legere, locique  
Accedunt Satrapam, clamant: Urbs tota  
peribit,

Ni blasphemator mendax, hostisq; deorum  
Ocyus intereat cæsus nostrovè fugetur  
E vico, magicâ populum qui fascinat arte,  
Seducit cives, mentes evertit eorum,  
Dum docet ignotum quendam crucis ar-  
bore fixum

Esse Deum verum. Quibus inquit Satrapa:  
quæso (a)

Dicite! quî populum magicâ vir decipit arte  
Cum solum doceat Numen crucis arbore  
fixum

Ignatum nobis, in cuius nomine curat  
Infirmos, pluresque deos quia more Paren-  
tum

Nostrorum colimus, quos non cognoscimus  
omnes,

Etsi noscantur quâdam Regione remotâ,  
Forsitan hic unus, qui ni Deus esset, ut omnes,  
In cœlo terraque potens, mediante ministro  
Talia signa suo minimè patraret, & etsi  
Sit virtus nostris, tamen hi nec in urbe nec  
extra

Sanarunt ægros, prout hic in nomine Jesu  
Fecit. Erat verò sanato sanguine junctus  
Satrapa. Queis dictis irâ vehementius acti  
Pres-

a Satrapa Brusuvicensis est pro sancto Svorberto.

Presbyteri Satrapam sancto cum Præfule dirâ  
Perdere morte parant; Venerandus Episco-  
pus ergo

Hortatu Satrapæ Sancto Bosone relicto  
Pro Neo-conversis, varias secessit ad oras,  
Donec (a) Montensem Regionem porrò sub-  
iret.

### CAPUT XIX.

sanCtVs sVVIbertVs non paV-  
Cos è sVperstItlosIs BorVCtVa-  
rIIIs (qVos postera fæCVLa Mon-  
tenses appelleLLârVnt)

ConVertIt.

A Christo nato fluxerunt secula septem (a)  
Cum quinis annis, quando pervenit in  
agros

Montenses, quos ut Sanctus penetravit, in illis  
Divinum verbum cœpit sevisse, feramque  
Montensis mentem tetrâ caligine mersam  
Catholicâ lustrare fide, gentemque fre-  
quentem

Convertis; Sed cum monitis Præconis ubiq;  
D 3 Con-

<sup>a</sup> Olim Boructuaria dicta.

<sup>b</sup> Anno 705.

Conversi multi, (a) baptizatique supremo  
Servirent Domino mirâ pietate, fidemque  
Susciperent plures, scelerum nequissimus  
author,

Prædo ferox animæ, gaudens in pejus abire  
Mortales omnes, nec cœlos posse subire;  
Est, per fautores, Swibertum cädere nifus,  
Vel repulisse procul. Quare cum verba  
salutis.

Ipse die quâdam faceret, vehementius irâ  
Successi Mystæ, conjunctis viribus, ipsum  
Invadunt, (b) tundunt pugnis, baculisque  
præustis,

Sicque volunt patria sanctum tellure fugare;  
Ast per Christicolas manibus subtractus eo-  
rum

Per luces aliquot latuit secretus (eundem  
Quippe palam Mystæ metuebant cädere,  
propter  
Ilorum Satrapam) tamen hic non destitit  
ille

Munere, quin vitæ, multorum sparsit in  
agris.

Semina; quapropter plures maledicta suorum  
Calcarunt simulacra Deum, factique fi-  
deles.

CA

a. Multi Chrtsto lucrantur.

b. A Sacerdotibus Daemonum affigitur.

## CAPUT XX.

obſeſſVs à DæMone à beato  
PontIfICe CVratVr.

**H**Ac autem Patria cum sanctus Præſul  
adefſet.  
Quidam obſeſſus erat, quem plebs pagana  
vocabat  
Ethelhere, potens ſimul ac perdives, in urbe  
Velsenberg dicta, ferro gravibusque catenis  
Adſtrictus, quoniam lacerabat morsibus  
omnes

Et vefteſ proprias; Gentes animaverat idem  
Et primus fuerat, qui Sanctum fufte ferire  
Non timuit; Quicum diſxaretur acerbè  
Quotidie, pluresque illum viſiſſe venirent:  
Tandem, non nullis Myſtis præſentibus, atque  
Paganis aliis ejus miſerentibus, hospes  
Incoepit clamare; niſi me ſede repellat  
Christiadum Præſul, ſervus viventis in æva  
Numinis, egrediar nunquam: cum talia ſæpè  
Clamaret, Myſtæ ceſſere rubore repleti,  
Ac dubii, quid agant, demum Swibertus ab  
ipſis

Communi ſenſu perquiritur, atque repertus  
Oratur ſupplex ut dictum viſeret ægrum:  
Quare vir sanctus fraterno motu amore

D 4 Com-

Compatitur misero; Sed cum properaret ad  
ægrum

Hunc, cum Presbyteris, cœpit mox mittere  
sævas

Obsessus spumas, dirè collidere dentes, (re)  
Plus solitò clamando domum terrore reple-  
De quo præsentes admirabantur, ut autem  
Tecta domūs subiit, cessavit vociferare  
In lecto recubans, tanquam si dulciter esset  
Oppressus somno, quem cernens Sanctus,  
ut omnes

Orarent, jussit, pariter fuit ipse precatus  
Numen, ut, ad laudem sacrosancti Nomis-  
nis, ægro

Dæmonium pellat, surgens, cum multa  
precratus,

Obsessum signat dicens: In nomine Jesu  
Ammodo mando tibi turpissime spiritus, exi  
Hacce creatura. (a) Mox cum fætore ma-  
lignus

Spiritus exivit, repetito murmure dicens:  
Serve Dei magini non hac Ditione manebis  
Per longum tempus, sicut me sede fugasti,  
Te quoque sic isthac faciam Regione repell.  
Ast homo, tartareo sanatus ab hospite, surgens  
Cum lacrymis veniam comissi criminis orans  
Ardenter sacrum, prædicto in nomine Jesu  
Baptismum petiit, pariter Gens multa, duoq;  
Pagani Mystæ mira pietate Beati

Præ-

(a) Demoniacus liberatur.

Præsulis abjecti pedibus mysteria ab illo  
Catholicæ fidei melius petiere doceri :  
Quos relevans Sanctus placido sermone do-  
cebatur,

Quod verbum, Patris cœlo venisset in orbem,  
Ut peccatorem benedicta morte, suoque  
Sanguine vivificet, tribus illis talia suadens  
Hebdomadis, firmansque fide Baptismatis  
unda (a)

(Si demam uxores multas, puerosq; tenellos)  
Quadraginta duos lavit, fecitque fideles.

## CAPUT XXI.

De cXIMIIIs VIrtVtibVs & eX-  
teriorI ConVersatione beatI  
præsVLIs sVViberti.

**M**ontenses quamvis essent Gens dura,  
feroxque,  
Atque Deos plures colerent, responsa pro-  
fanis.

Exigerent sacris, deservirentque nefandis  
Auguriis miseri, cæcos nihilominus illos (b)  
Salvificæ fidei pestrinxit lumine Præsul  
Auxiliante Deo; quare simulacra Deorum

D

Con-

(a) Multi baptizantur.

(b) Multi fidem amplectuntur.

Contrivere manu propriâ delubra priora  
Æquavere solo, contra quam plurima Tem-  
pla (a)

Erexere Deo vivo, quibus ipse creavit  
Presbyteros, aliosque viros in Messe juvantes.  
Posthac permulta turbæ venere volentes  
Sermones audire sacros, sanctumque videre  
Sacra quibus documenta dedit multosque  
reducens.

Ad fidei lumen sacrâ Baptismatis undâ  
Abstesit. Cum sic binos versatus in annos  
Hac patriâ vitæ meritis, sanctisque nitescens  
Exemplis, populo factus per amabilis omni.  
Denique vir sanctus fraterno plenus amore  
Ad vitam cunctis studuit prodeesse, potensque  
Ut voti fieret, fit cunctis omnia. Quosvis  
Pressos pauperie Codros morbovè gravatos  
Visit, non solum Christi præcepta sequentes,  
Sed quoque Paganos, ut eos convertere posset  
Ad Christum, veramque fidem. Gentilibus  
ergo

Per binos annos præiens virtute stupendâ,  
Binos (b) præcipuos quartanâ febre jacentes  
Paganos, unum visens hydrope tumentem  
Sacrî sanatos precibus, Christoque gregatos  
Baptismo lavit. Diversas insuper inter  
Paganam Gentem, benedicto in nomine  
Jesu,

VII

(a) Fanis destrutis Templa Christo erigunt.

(b) Duos febricitantes & unum hydropticum sanat.

Virtutes faciens, populum sermone reduxit  
Inumerum, Christoque Deo se subdere fecit.

## CAPUT XXII.

BeatVs sVVIbertVs VrbI agrIp-  
plnatI appellens à plâ prInCI-  
pe pLeCtrVDe Lætè eXCIpItVr,  
& DVobVs sIgnIs cā præ-  
sente CLaret.

**Q**Uamvis sit dæmon mendax, nihilomi-  
nus ille

Sancto Swiberto verum prædixit ab ipso  
Expulsus nuper; Nam Bruno Satrapa magnus  
Saxoniæ, subiens post binos circiter annos  
Nobilium magno stipatus syrmate terram  
Montensem (a) noctu permanxit in urbe  
Ratingen,

Ast nimium potus fævas cum Principe Vici  
Accepit rixas, & vafri dæmonis astu (b)  
Motus cum binis famulis occidit eundem.  
Hoc ubi per totum Vicum vulgatur, amici  
Intersectorum furis immanibus acti  
Arma capessentes Satrapam cunctosque mi-  
nistros. IIIlus.

(a) Boructuarium.

(b) Ebrietas mater cadium.

Illi fermè crudeli morte necarunt.  
 Cum per Saxoniæ populos hæc fama volasset,  
 Illi succensi graviore furore, potenter  
 Montenses fines subeuntes ense trucidant  
 Multos, damna dolenda patrant, Vicumque

Ratingen

Funditus evertunt: faciunt hi talia contrâ  
 Saxoniæ populis, sic cum mala, tempore  
 longo,

Multa patrarentur, Montenses porrò vi-  
 dentes

Illi præcipue, qui suscepere salutis  
 Verba à Swiberto, se non oblistere posse  
 Saxoniæ furiis, venerando à Præfule sumunt  
 Triste vale, qui cum mœrens benedixit  
 eisdem,

Ob sœvas iras alias gradituntur in oras,  
 Tutiùs ut Christo valeant servire. Beatus  
 Swibertus meditans hanc illac esse fugatos  
 Christicolas, nec spem pacis citioris adesse  
 Assiduis Dominum votis oravit, ut ipsi  
 Annis jam fracto tutum monstraret asylum,  
 Securumque locum, reliquum quo transfigat

ævum.

A supero tandem Monitore jubetur adire (a)  
 Clarum Pipinum tum cum Plectrude mo-  
 rantem

Inter Agrippinæ muros sedemque daturum  
 Esse

(a) Ab Angelo monetur S. Survibertus ire Coloniam.

Esse Ducem spondet. Populis Montensibus  
ergo

Dicens ipse vale, Clero, paucique novellis  
Christolis cinctus, variis ambagibus utens  
Ivit Agrippinam magno in discrimine vitae,  
Ac, comitante Deo, dictam pervenit ad  
urbem

Salvus. Eâ verò Dux tempestate moratus  
Est in Popilia turpi cum Pellice, Conjur  
Plectrudis verò perquam devota Ducissa  
Sola Ducum (queis dat Lotharingia nomen)  
in aula

Sedit Agrippina: quam devotissima Prin-  
ceps

Postea claustrales monacharum (<sup>a</sup>) vertit in  
ædes

Sub titulo sanctæ Mariæ ad Capitolion.  
ergo

Cum cognovisset devota Ducissa venire  
Sanctum Swibertum, multum gavisā; Beati  
Quippe viri mirans celeberrima gesta fre-  
quenter

Audivit, fastum regalem ponit, & illum  
Ipsa, Paterque Anno supremus Episcopus  
urbis

Multo suscipiunt plausu, secumque diebus  
Detentans aliquot miro veneratur amore,  
Ejus

(a) Palatium mutatum in Templum & Cœnobiū  
Sanctimonialium.

Ejus ut alloquis audiret verba salutis.  
Missus ab Herstallo Plestrudi venit eodem  
Tempore Geraldus primus Palatinus ad  
urbem

Qui propter rigidum Boream mox incidit  
acrem

In morbum, guttur vehementer dolore <sup>tu.</sup>  
mebat

Sic ut cum Pœon nullum sanare valeret,  
Infirmus quoniam nequit glutire paratos  
A Medicis potus. Cunctis deflentibus illum  
Tanquam defunctum, Princeps devota <sup>re-</sup>  
cordans

Virtutum sancti Swiberti Præfulis, ipsum  
Oravit supplex, ut dignaretur amore  
Jesu præfatum Palatinum visere, vitâ  
Jamjam fugentem, sacrâ benedicere dextrâ  
Clementemque Deum devotâ mente rogare  
Pro misero, sanctus Swibertus Episcopus  
autem

Utpote vir simplex, humilis totusque pu-  
dicus

Presbytero comitante suo, comitante Du-  
cissâ

Accedens ægrum, missis ad sydera votis  
Ejus signavit guttur, tumor ille repente <sup>(a)</sup>  
Disruptus crepuit, cunctis cernentibus illud  
Ora per & nares tabes foedissima fluxit,

Et

(a) Sanat Palatinum periculose laborantem.

Et sic expulsis nocuis humoribus illis  
Sanatus subito. Quare solvere Tonanti  
Præstò quotquot erant, grates; qui tanta  
patrare

Cari Pontificis meritis dignatus. Eadem  
Arce coquus quidam fuerat, qui dæmone  
pressus

Quotidiè multum divexabatur ab illo;  
Quem sanctus Præful tota rogitatus ab aula  
Invisit, citiusque jugo graviore ferocis (a)  
Hospitis exemit miserum. Cunctique de-  
incepserant  
Pontificem veluti Sanctum reverenter ha-  
bebant.

## CAPUT XXIII.

Beato sVVIberto VVerDa à PI-  
pIno perpetVò propria assIgnat-  
Vr, qVå præsVL CœnobIVM  
eXstrVIt.

Felix Plectrudis, multum devota Ducissa  
Sanctum Swibertum toto cœlestia corde  
Affectare videns, quamvis ornata Ducatu  
Eset terreno, multosque foveret in ala

Præ-

(a) Item Demoniacum.

Praecones celebres, nihilominus illa beatum  
 Swibertum potius reliquis audire volebat  
 Qui cum mirandis verbis extrema doceret  
 Attentam Dominam, faciles hic præbuit  
 aures.

Nec dixisse quoq[ue] quanta præsentia sancti  
 Lætitia mentem cumulârit Principis, utque  
 Grata viro pro tot monitis cœlestibus esset,  
 Annonis veniâ Pipino misit eundem,  
 Præfatum verò Geraldum junxit amico  
 Cum scripto, poscens illo, rogitansque  
 maritum  
 Ut vicum Werdam Sancto prope littora  
 Rheni

Donet, ut hac valeat miseris Gentilibus esse  
 Subsidio: quare Pipinus adultior annis  
 Swibertum, sociosque suos suscepit honore  
 Ac tenuit secum paucum per tempus, ab illo  
 Ut verbum vitæ discat, quia plurima digna  
 Laudibus audivit sancto de Præsule. Tandem  
 Ut Dator eximius sitiens pro Gente salutem  
 Divinosque volens cultus augere, benignè  
 Dictum Pontifici vicum donavit, (a) & aurum  
 Argentumque suis thesauris insuper addit,  
 E quibus Ecclesiam fieri procuret honori  
 Numinis, & Genti proponat verba salutis.  
 Post grates, sumptumque vale de Principe,  
 rursus

Ivit

(a) Pipintus largitur Sancto Swiberto Werdam.

Ivit Agrippinam Præful, visitque Ducissam;  
 Artifices multos junxit Plectrudis eidem  
 Sic veniens Werdam cœpit propè littora  
 Rheni

Cœnobium fundare statim divæque Parenti  
 Sacravit. Pennâ nequeo conscribere, quanto  
 Zelo paganis dederit documenta salutis,  
 Quantâ munditiâ cordis, quantoque timore  
 Sacra celebrârit divinas dixerit horas.

## CAPUT XXIV.

HungerVs gentILIs MortVVs  
 In Vrbe VVerDa à beato sVVI-  
 berto AntIstItc eXCItatVr.

CUm sæclis septem post partum Virginis  
 anno (a)  
 Undecimo Sanctus non solùm verba salutis.  
 In Werda, verùm pagis villisque propinquis  
 Ferventer faceret tetrâ caligine mersis  
 Saxonibus, Christumque Deum suaderet eis-

dém,  
 Cumque die quadam Martis vir sanctus ab  
 urbe  
 Exiret villâ facturus sacra propinquâ,  
 Gentilis locuples Hungerus nomine dictus

E

Postea

(b) Anno 711.

Postea conversus, baptizatusque beati  
 In festo Petri, dictusque à Præsule Petrus  
 Ex zelo fidei curru curabat arenam  
 Ac alia adduci structuræ congrua tali,  
 Sed vafris studiis inimici dæmonis idem  
 Petrus sub curru collabebatur onusto,  
 Mortuus effertur, quoniam per vulnera plura  
 Verticis extinctus, quem cum quicunque  
 dolerent,

Et magnus fieret Populi concursus ad illud  
 Mœstum spectaculum: cum solvere justa pa-  
 rarent,

Accessit Præsul, qui cum didicisset ab ore  
 Plorantis populi fatum lacrymabile Petri,  
 Pontificis iussu debent sepelibile corpus  
 Ad cellam portare suam, quo denique facta  
 Vir sanctus magnâ populi præsente catervâ  
 Exspectante rei finem, suspiria longa  
 Effundens, flexus Numen Cœleste rogavit,  
 Ut dignaretur redivivum reddere Petrum:  
 Cumque preces precibus cumulasset tem-

pore multo,

Surgens tangebat funus, (a) mox mortuus ille  
 Non solum vivus surrexit funere, verum  
 Nulla cicatricum, vestigia, nulla crux  
 Parebat toto glomeratio corpore: de quo  
 Laudabant omnes bonitatem Numinis.

Hujus

Per

(a) Mortuum resuscitat.

Per totam patriam miracli fama volabat,  
 Et neo-conversi confirmabantur ob illud  
 Inpræsente fide, multi de Gentibus autem  
 Conversi ad Christum, sacrâ Baptismatis  
 undâ

Sunt Christo nati: sed vixit postea Petrus  
 Sanus, & in columnis, templum Werdense  
 quo usque

Est consummatum; sospes quinimo (Beatus  
 Swibertus postquam migrasset ad æthera)  
 vixit.

## CAPUT XXV.

beatVs AntIstes sVVIbertVs Va-  
 rIos gentILes IesV aggregaVIt,  
 & CœnobIVM In VVerDa  
 plè InstItVIt.

Cœnobium verò citius Plectrude juvante,  
 In Werda coëptum, Primatum divite  
 dextrâ

Ocyus absolvit zelosus Episcopus: in quo  
 Collegit Christi famulos, (a) & mitibus illos  
 Legibus instruxit vitæ monachalis, at ipse  
 Discipulique sui mira sub legibus arctis

E 2 Duce-

(a) Ad Werdense Monasterium multi confluent.

Ducebant vitam , qui quamvis tempore  
primo

In Profecit paulum , nihilumve docendo pro-  
pinquas

I Gentes , propterea coepitis non destitit ille  
Quin constanter agens multos tam stem-  
mate claros

Quam Genere obscuros ad Christum duxit,  
eisque

Abstergit sordes sacrâ Baptismatis undâ ,  
Ac sancte rexit : verum quia sprevit honores  
Mundanos , solum coelestia præmia sperans ,  
Tantis virtutum donis ditatus ab Alto  
Ipse fuit , gratusque Deo , ceu splendida  
gemma

In Clero fulsit : nam cæcis undique septus  
Gentibus , est operatus opus sublime sub  
ipsis

Auxiliante Deo , qui miris saepe probavit  
Sancti Pontificis documenta piissima signis .  
Cum porro Werdæ coelestis regula vitæ  
Quotidie multum succresseret ; accidit anno  
Post (a) sepingentos decimo , quartoque  
salutis

Pipinum sancti Lamberti præsulis urbe  
Tungensi cædem graviore dolore ferentem  
Ægrotare nimis . Præsul venerabilis ergo

A

(a) Anno 714.

A Duce per Proceres fuit accersitus in aulam (a)

Ad se visendum, verum comitante Beato Cum Theodorico (b) Willeico visit in arce Urbis Agripinæ Plectrudem tutius illâ Consilium poscens; quem Princeps illa decenter

Excepit, fovitque piè, sed porrò retento Secum (c) Willeico (devotus presbiter autem

Hic Willeicus erat) causâ pietatis in arce Sanctum Swibertum perquam devota Ducissa

Prælatosque alios (Princeps Agilolphus eorum

Præful Agripinæ) pro se dimisit ad aulam Pipini, bellis clari Ducis, atque mariti, Hortans sollicitè, ne si contigeret illum Mortalem vitam fato concludere, natas Legitimè proles Grimoaldum (major is aulâ

Sub Childeberto) dulcemque deinde Dronganem

(Is Campanorum Princeps) omitteret, atque Scriberet hæredem fœdâ de Pellice natum. Martellum, quod agens animam damnaret, avitum

E 3

Fœda-

(a) S. Swibertus ad Pipinum agrotantem accersitur.

(b) Willeico.

(c) Willeico.

Fœdaret nomen, præberet multa deinde  
Scandala subiectis populis, aulæque mi-  
nistris.

Et quoniam Sanctus Lambertus Episcopus  
illum

De minimè licito reprehendit Pellicis usu  
Martyrium subiit. Venientes ergo relati  
Pontifices ad eum morbo vehementer gra-  
vatum

Sunt bene suscepiti, qui verbis dulcibus illum  
Sunt consolati, confortatique; monentes;  
Quod Deus electos ducat per senta viarum,  
Ne captas fallace viæ dulcedine, eorum  
Quæ sunt in Patria, subeant oblivia mentes  
Tandem cum tempus tantum pateretur,  
eidem

Adventū causam referunt, cautèque re-  
monstrant

Usus Alpaidis per fœdæ Pellicis esse  
Illicitos illi. Vix hæc dixeré repulsam (a)  
Continuò passi: probrosior Alpais autem  
Pontifices venisse videns; vult noscere cau-  
sam;

Percipiens illam nimio succensa furore  
Aulâ Pontifices citius præcepit abire.  
Pro Natoque suo precibus vehementibus  
orans

Pipi-

(a) Sancti Pontifices arguentes illicitas Pipini nuptias  
repelluntur.

Pipinum, totum facilis percepit ab illo  
Quod Pellex petiit. Tandem Pipinus eo-  
dem

Emoriens anno præfatum ex asse reliquit  
Hæredem Carolum, successoremque suarum  
Terrarum post se; cernentes talia dicti  
Pontifices, animis tristes redière, piæque  
Omnia Plectrudi narrant, quæ gesta fuissent  
A Duce Pipino; multis solantur eandem,  
Impensèque monent, forti ut ferat omnia  
mente.

## CAPUT XXVI.

Vita sanCtI VVILLeICI Confes-  
forIs presbyterI sanCtI sVVIber-  
tI epIsCopI & ILLVstrIa pro-  
DIGla, qVæ feCIt sanCtVs In  
CIVItate CoLonIensi.

PResbyter, & primus Reglaris (a) in æde  
novella (b)  
Trajecti sanctus (c) Willeicus perpius omnis  
E 4 Virtu-

(a) Regularis.

(b) Sanctus Willeicus primus Canonicus Trajecti.

(c) Willeicus.

Virtutis cultor, syncerâ mente supernâ  
Spe Patriæ mundum contemnens, pectore  
puro

Est nifus servire Deo: nam junctus ab annis  
Primis Swiberto, mirâ pietate, piisque  
Officiis vitam felicem gnavas agebat,  
Nec quidquam toto mundo curabat, ama-  
bat.

Ast à Swiberto sacris instructus abundè  
Scripturis, idioma simul perdoctus ab illo  
Germanum, Latiumque fuit: nam divite  
clarus

Eloquio, mitis, victor fortissimus iræ,  
Victor avaritiæ, vani contemptor honoris,  
Insignis verò codri solator, & ægri.  
Gentiles multos variâ Regione salubri  
Convertit sermone. Dein per vota creatus  
Præpositus Werdæ (a) cunctis confratribus  
omnis

Exemplar virtutis erat, multisque Magister  
Verbis, at factis devotæ regula vitæ  
Factus, nec solum Werdenſi præbuit æde  
Exemplum morum, verùm convertere  
cunctas  
Gentes ad similem Christi curabat amo-  
rem.

Et cuius fuerit meriti de sydere signo  
Arbiter internus docuit: nam quando relati  
Pon-

(a) Item Præpositus Werdenſis.

Pontifices ægri Pipini Principis aulam  
Visabant, sanctus verò (a) Willeicus in arce  
Plectrudis, votis ejus precibusque retentus  
Hærebat, quidam Gotebaldus nomine Pri-  
mas

Urbis Agrippinæ tam membris omnibus  
æger,

Ut censeretur vitâ jam functus, eique  
A mœrente Domo funebria justa parata,  
Quin aderat loculus, quo mox sepibile  
corpus

Deberet condi, verùm turbata Maria  
Illi Conjuræ, precibus lacrymisque Du-  
cissam

Interpellando, Sanctus (b) Willeicus ut æ-  
grum

Viseret, obtinuit, quia firmè credidit illa,  
Quod si Präceptore bono perdoctus alu-  
mnus

Optimus, oratum subiens sua tecta, ma-  
nusque

Imponens ægro benediceret, ipse resurgat  
Confestim sanus, subit ergo tecta Mariæ  
Sanctus (c) Willeicus totâ stipatus ab aula  
Plectrudis quando Missæ jam sacra peregit,  
Conspiciens verò, cunctis mœrentibus,  
illum

Vicinum morti, loculum stare ante cubile,  
E s In

(a) Willeicus. (b) Willeicus. (c) Willeicus.

In quo deponi deberet herile cadaver,  
Sese prosternit , cum multo tempore plo-  
rans

Orasset , surgens dixit : dulcissime Jesu  
Hic pietatem ostende tuam , virtute po-  
tente

Hunc ægrum curans , ut ter venerabile no-  
men

Magnificent omnes . Hæc cum dixisset ,  
cidem

Imponendo manus , ter cum benedixit , &  
æger

Continuò surgit lecto , (a) morbique ve-  
terno

Discusso , sese vestit , moestumque cubile  
Egressus sanus , sancto comitante , parari  
Confestim mensam , fieri convivia jussit ,  
Quod cum (b) Willeico cuperet potumque ,  
cibumque

Sumere , sed cunctis multum gaudentibus  
ipse

Sanctus (c) Willeicus precibus ferventibus  
instat

Donec pertractus potius , quam voce ro-  
gatus

Affedisset eis . Gotebaldus amoenior au-  
tem

Juxta

(a) Sanctus Willeicus sanat infirmum.

(b) Willeico.

(c) Willeicus.

Juxta (a) Willeicum residens potabat, c-  
debat

Ut conviva unus, grates solvebat, & annis  
Post vixit multis. Verum devota Ducissa  
Plectrudis postquam cognovit tale, dein-  
ceps

Sanctum (b) Willeicum summo veneratur  
amore

Totâ mente Detim laudans, qui talia solus  
Signa facit. Sanctus (c) Willeicus præfuit  
autem

Cœnobio Werdæ (postquam migrasset ad  
astra

Corpore, Swibertus Præsul sanctissimus)  
annis

Bis quinis; obiit, septem cum sæcula, &  
anni

Viginti septem post Christum Virgine na-  
tum

Transiissent, mensis cœpisset Martius, hujus  
Cum sexto Nonas fuerit defunctus, (d) ad  
eius

Post mortem tumulum miracula plurima  
fiunt.

CA-

(a) Willeicum.

(b) VVilleicum.

(c) VVilleicus.

(d) Sanctus VVilleicus obiit 727. 2. Martii.

## C A P U T   X X V I I .

I  
In  
I  
De Morte sancti sVVIberti  
episcopi perpII.

**L**egatis sanctis demum redeuntibus aula  
Pipini Divus Swibertus ut audiit illud  
Willeici (a) factum, gavisus pectore toto  
In Domino. Tandem veniâ Plectrudis ad  
urbem

Werdensem rediit, sociis stipatus, ibique  
Per trinos vivens Praeful devotius annos  
Perfecit munus, miracula multa patrando,  
Christum suadendo, simulacra nefanda Deo-  
rum

Damnando, Gentes multas Baptismatis  
undâ  
Progenuit Christo. Numen coeleste Bea-  
tum

Swibertum tandem mundo per fata vocavit  
Axe coronandum; quare cum sæcula septem  
Et deni septemque (a) anni post Virginis  
almae

Fluxissent partum, venerandus Episcopus  
omnis

Virtutis plenus, cupiens ex corde supernâ  
In

(a) Willeici.

(b) Anno 717.

In patria spectare Deum , cum sacra Petrinæ  
 In festo Cathedræ celebrasset languor eun-  
 dem  
 Mox gravis invadens fecit decumbere lecto.  
 Ast , morbo crescente magis , cogebat in  
 unum  
 Fratres viginti fermè , primoque mone-  
 bat (a)  
 Illos ut Christi vestigia sacra sequantur  
 Gnavitius , ut pacem fervent , strictèque sta-  
 tuta ,  
 Quæ docuisset eos , sanctè servasset & ipse ,  
 Jugiter obseruent , demum subjunxit ad-  
 esse  
 Mortem vicinam , quod cum fraterna co-  
 rona  
 Audisset , coepit subito perculta dolore  
 Flere , quod ut vidit Präfus venerabilis , in-  
 quit :  
 Dilecti Fratres ! istum deponite fletum ,  
 Congaudete magis , jam præmia magna  
 laborum  
 Percipiam cœlis , precibus defendite vestris  
 Me decedentem mortali corpore . Post-  
 quatenus  
 Talia dixisset , gaudens suadebat eisdem  
 Contemptum mundi , regni cœlestis a-  
 morem .  
 Utque

(a) Sancti Swiberti ad suos exhortatio.

Utque dein mortis, cuius secretior hora,  
 Præveniant vigilando, precando, piæque  
 Justitiâ vitæ, dum talia plura locutus,  
 Illius jussu!, postquam benedixit eisdem,  
 Intrarunt tristes templum, tenuitque Bea-  
 tum

I Willeicum (a) secum, cum quo coelestia  
 tractans

Mirâ implorabat Jesum pietate. Deinde  
 Adveniente die mortis, quam præsciit ipse  
 Angelico monito, rursus collegit in unum  
 Fratres, Missarumque sibi solemnia fecit  
 Sacra legi, sumensque dein venerabile

Christi

Corpus, se Præful sanctâ cruce signat, &  
 omnes

Adstantes, cessatque solo vixisse perenne (b)  
 Victurus cœlis: facies mox clara reluxit (c)  
 Tanquam glorificata foret, sed 'cella fra-  
 gravit

Ut redolens hortus, miroque replevit o-  
 dore

Præsentes omnes. Præful sanctissimus au-  
 tem

Martius ut cœpit, (d) revolutis nempe Ca-  
 lendis

(a) VVilleicum.

(b) Migrat corpore.

(c) Vultus Defuncti diuinitus resplenduit.

(d) i. Martii.

In feria sexta, vita defunctus, eadem  
 Quâ Christus Jesus pro nobis mortuus, horâ  
 Sexaginta novem (a) natus, non amplius  
 annos.

## CAPUT XXVIII.

De sepVLtVra & Mira-  
CVLIs.

TAndem cum luctu fratum venerabile  
 corpus

Præsulis infertur templo, medioque locatur,  
 Ut celebrarentur funebria sacra sequente  
 Luce, locis variis homines venere dolentes  
 Et multum flentes, imprimis Codrus &  
 Irus

Frustrari donis, quæ Salvatoris amore  
 Largitus ille dabant poscentibus. Inter eosdem  
 Vir fuit adductus quidam Cacodæmone dirè  
 Obsessus, qui cum fererrum tetegisset, (b)  
 ab hoste

Tartareo liber, populo cernente, redivit  
 Devotè Dominum laudans ejusque Beatum  
 Servum Swibertum, plebs verò cætera  
 vocem

Attol-

(a) Ætatis 69.

(b) Damoniacus tacto feretro curritur.

Attollens grates, magno clamore, benigno  
 Solvebat Iesu, qui tam modò grandia fecit.  
 Ast anima illius mortis felicis in hora <sup>(a)</sup>  
**A** Willebrordo mirandâ luce corusca  
 Lætaque visa fuit, cum mortis nescius ille  
 Ex Epternaco Bonnam rediisset, ab ipso  
 Poscens, atque suis ut Werdae Præfus adesset  
 Exequiis, corpusque suum sepelirer, ad-  
 hortans:

Quod cum Discipulis mœrens aliisque mi-  
 nistris

Narrasset, Werdam navi veloce petivit:  
 Affuit & felix Plectrudis filia Sancti  
 Spiritualis eis, circumstipata quibusdam  
 Prælatis, laudans Numen cœlestè Beati  
 Præfus in meritis, & cum devota Duciſſa  
 Ac Willebrordus, reliquis cum Fratribus,  
 ortâ

Luce novâ, ut moris, canerent funebria  
 sacra,

Adducunt Juvenem, sicut præsentibus illic  
 Certò constabat, tonitru, nimiumque co-  
 rusco

Fulgure cæcatum, qui jam pro funere cœ-  
 ptum

Mœroris cantum turbans clamando, pièque  
 Interpellando sanctum pro lumine, tacto  
 Sarcophago subito, populo spectante, recepit  
 Amis-

(a) Anima S. Suviherti apparer B. VVillebrordo.

Amissum visum, (a) temploque refectus  
abivit.

Post illum sacras quidam furiosus ad ædes  
Adductus, qui cum perquam devota feretro  
Oscula fixisset, sanatus protinus. (b) Ingens  
Mox oritur clamor, laus, & præconia magni  
Numinis, inceptus cantus dimittitur. Omnes  
Laudabant Dominum, qui tam miranda  
patrare

Swiberti meritis fuerat dignatus in illo.

Ergo die solis festèque pièque peractis  
Coenobio Exequiis digno sepelitur honore  
Inter continua laudes, hymnosque canoros  
Per Willebrordum, quem juvit presbyter  
eius

Willeicus, (c) Fratres alii, præsensque Ducissa.

## CAPUT XXIX.

PLVra MIRACVLa à DIVo post  
fata patrata.

CUm Willebrordus funebria sacra Beato  
Fecisset, Fratrum precibus permotus in  
æde

F

Wer-

(a) Cactus visum recipit.

(b) Et furiosus sanatus.

(c) Willeicus.

Werdensi mansit Präful tcr quinque diebus  
Cum Marcellino, qui signa sequentia vidit  
(Tempore quindennæ quoniam sunt facta)  
suisque

Inseruit scriptis: quare fas credere, charum  
Esse Deo cœlis, quem tanto lumine terris  
Elucere facit; nam cum Swibertus obiisset,  
Ad tumulum curare suum (a) non destitit  
ægros,

Qui vivens miseris semper succurrit, & x  
gris:

Nam feriâ sexta Swiberti fata sequente,  
Vir de paganis, Hathagerus dictus, ab urbe  
(Quæ compellatur nobis Cœseldia) prorsus  
Ignarus fidei Pareli (b) vehementer gravatus,  
Quem quoque crudelis cruciabat calculus,  
ejus

Mota dolore domus gravius tristatur, &  
ecce

Christiadum quidam Werdæ Confinibus  
ortus

Advenit Henricus dictus, qui maxima cer-  
nens

Tædia, condoluit misero, nam sanguine  
junctus

Infirmo fuerat; cognoscens advena cunctas  
Nil Medici curas, cunctasque juvare medelas  
Cœlitus

(a) Multa miracula ad Sancti Swiberti monumentum.

(b) Paralyſi.

Cœlitùs instinctus dixit: Cognate salubre  
 Audi consilium, nam non diffido, salute in  
 Te percepturum, si totâ mente rejectis  
 Idolis, quæ se nequeunt aliumve juvare,  
 In Jesum Christum fixum crucis arbore  
 credas,

Teque vehi facias Werdam, fidensque Beati  
 Swiberti tumulum visas, mihi crede, redibis,  
 Morbo depulso, sanus, nam signa Beatus  
 Multa Dei bonitate facit, quæ nulla priora  
 Tempora viderunt; Postquam fuit illa lo-  
 cutus,

Pagani quidam captum fore mente putantes  
 Consilium risere, alii de gente negarunt  
 Defunctum vivo vires dare posse priores:  
 Et sic Christocolæ monitum sprevere, sed  
 usus

Consilio meliore fuit, crescente dolore,  
 Æger, totus enim compunctus corde spo-  
 pondit,

Si sanaretur Werdæ, se credere velle  
 In Christum; quare digno cum munere,  
 carro

Impositum Werdam ducunt, uxore sequente  
 Cum Notis aliquot, pariter comitatus ad  
 urbem

Henricus, multumque fide, firmavit euntes,  
 Hucque die Martis veniunt; Hathagerus  
 anhelans

Mox sanus fieri, Sancti persæpe petivit  
Ad tumulum duci, quò cùm perductus  
ibidem

Procumbens Numen supplex oravit, ut ip̄i  
Swiberti meritis amissas reddere vires  
Dignetur, quare cum totâ mente rogasset  
Sanctum Swibertum cunctis adstantibus,  
inter

Orandum, subitò cum membra soluta sopore  
Conspexit; quod quis (sicut post dicere  
suevit)

Præfulis ornatu splendens accesserit ipsum  
Ter cruce, quam dextrâ Præsul conspectus  
habebat,

Signans omnino morbo sanaverit ægrum (a)  
Mox expurgans sanus surrexit, ovansque  
Pro tanta bonitate Deo, Sanctoque decentes  
Persolvit grates, & quænam fecerit erga  
Se præsul læto cunctis adstantibus ore  
Narravit gaudens; Cunctis plaudentibus  
autem

A Willibrordo venerando Præsule doctus,  
Henrici monitis cum se comitantibus ipse  
Baptismum sacrum juxta promissa recepit,  
Catholicamque fidem, dictusque Hathage-  
rus in illo

Swibertus. Cujus cum latè fama volaret,  
Multi

(a) Paralyticum curas.

Multi quotidiē Sancti visere sepulchrum,  
Multaque cōperunt plures sibi dona, suis-  
que.

## CAPUT XXX.

DIVVs septem CæCos sVfatI  
fanat.

SUfatum quidam, Swederus nomine, (a)  
Werdæ

Progenitus, Juvenis veniens divertit ad ædes  
Pagani nequam, prandentes invenit illis  
Septem è Westphalia, nullius frugis, eisdem  
Se jungit Juvenis: fit de virtute Deorum  
Sub mensa sermo, pariter fit mentio Christi,  
Quod Deus infirmus, contra Swederus  
amicis

Narravit verbis, quot Christus signa patrasset  
Sancti Swiberti meritis, Werdæque patraret  
Quotidiè verū potu dis corde calentes  
Perversi socii, postquam sermone notārunt,  
Quod Christum coleret, furiis imanibus acti  
Swederum capiunt, & ei post verbera multa  
Præscindunt linguam, (b) cum ipse se talibus  
ingens

F 3

Ob-

(a) Anno 718.

(b) Suuederus male multatur ab Ethniciis.

Obsequium præstare Diis, deñ prandia læti  
Continuant, postquam jaetassent plurima  
probra

In Christum, Sanctumque Dei: sed luce sce-  
lesti (a)

Orbati subitò, versa est substantia panis  
In'durum lapidem, juvenis Swederus ut hostis  
Contemptorque Deum, manibus crudeli-  
bus extra

Hospitium tractus, proprioque cruento vo-  
lutos

Immemor offensæ fraterno corde rogavit  
Sanctum Swibertum dicens: Sanctissime  
Præsul

Si tantum valeas, ut nobis dicitur, axe,  
Tale patra signum, solitâ bonitate, malorum  
Mentibus, ut crimen poenis atrocibus orci  
Dignum cognoscant, durissima corda li-  
quescant.

Paganique statim compuncti corde, dolere  
Cœperunt (b) (etenim tetigit mox dextera  
vindex

Christi blasphemos) Sanctumque in vota  
vocarunt

Swibertum mœstè clamantes, arg; pétentes,  
Ut Juvenem coesum, proprioque cruento ja-  
centem

Ocyus

(a) Ethnici cœci fiunt.

(b) Respicunt & Sancti Suoviberti opem implorant.

Ocyus inducant, ut tanti criminis orent  
 A læso veniam, sed nemo præstitit illud,  
 Nam cuncti fugere domo terrore repleti;  
 Ast blasphemator princeps nequissimus  
 hospes

Corporis, & mentis miserâ caligine tactus  
 Vesanus totus, grandique dolore fatiscens  
 Blasphemare deos, cunctis maledicere coepit:  
 Quod cum cœcorum moesto clamore per

urbem

Intonuit, dictas quisquis concurrit ad ædes,  
 Qui tam mirandum simul ac miserabile  
 fatum

Spectantes ideò varias habuère loquelas.

E coeno tandem Swederum mane trahentes  
 Hospitis affines deportavère misellos  
 Ad socios, quem cum compuncti cordibus  
 esse

Præstò sentirent, permœstâ voce rogabant  
 Dehicti veniam, relevans pro viribus ipsos  
 Contritos, veniam miseris donavit, eosque  
 Hortatus signis, scriptis, & nutibus, omnes  
 Ut confictorum simulacra nefanda Deorum  
 Conculcent, secumque meent invisere  
 Werðæ

Sancti Swiberti tumulum, spondetque pri-  
 orem

Se percepturos visum mediante Beato.  
 Cum coram loculo starent, in corde rogabat

F 4

Sanctum

Sanctum Pontificem (nam reddere verba  
nequibat)

Intra sedicens: (a) Præsul sanctissime multos  
Juvisti, nostique dein me cuncta tulisse  
Pro Christo, quare te supplex invoco, cœlo  
Si gratus fueris, ne me juvisse moreris.  
Vix hæc devotâ Swederus mente precatus;  
En astat Sanctus Swibertus pixida portans  
Unguentis plenam dicens: me, care, vocasti,  
Sum præstò; Juvenique ungens os pixide  
dixit:

Qui muti tetigit linguam Salvator, eidem  
Præcipiens: Epheta. Tibi det Swedere lo-  
quclam,

In cujus Sancto dico tibi nomine fare.  
Qui gratus magnâ (b) benedixit voce To-  
nantem

Swibertumque statim. Cœci dum verba  
loquentis

Percipiunt juvenis, cum sp̄e majore Beati  
Swiberti, nostrique Dei petière juvamen,  
Et visum referunt, notis adstantibus, omnes,  
Apponunt tumulo panes, ternisque diebus  
Hærentes Werdæ fidei præcepta docentur  
Et baptizantur, post ad sua tecta reversi  
Susatum, Gentes multas fecere fideles  
Insoliti exemplo signi, Christoque gregarunt.

CAPUT

(a) Invocatur Sanctus Swibertus.

(b) Mutus loquitor.

## CAPUT XXXI.

De M anno qVat Vor per ICV-  
 Losā anglnā Laborantes  
 sanat.

**H**occe laborantes anginā quatuor anno.  
 Dignis cum donis diverso tempore  
 sancti  
 Ad tumulum veniunt Werdam, sanique re-  
 cedunt  
 In patriam, Domino laudes, gratesque ca-  
 nentes.

## CAPUT XXXII.

beat I Mer It Is hILDegerVs antIstes  
 CoLonIensIs sanat Vr.

**P**ost Hildegerus supremus Episcopus urbis,  
 Agrippinatis, Pipini tempore Regis  
 Francorum, Carolo Martello Principe nati,  
 Quando die quādam Praeful comitatus eun-  
 dem

Regem Pipinum justissima bella moventem  
 Saxoniae populis totus circumdatus armis  
 In rupem quandam præcepis ruit ipse caballo:

F

Effra

Effractis scapulis, colliso vertice, & armo  
 Deportabatur miser in tentoria; nocte  
 Apparens visu Sanctus Swibertus, eidem  
 Præcepit visissè suum Werdense sepulchrum,  
 Sic fore sanandum. Visu felice repente  
 Expergefactus Præsul mandavit, ut ipsum  
 Perducant Werdam, quam cum venisset ad  
 urbem

Invocat (*c*) insolitâ Sanctum pietate, sta-  
 timque  
 Ad laudem Jesu Christi sanatus ibidem.

(*a*) *Hildegerus invocat Sanctum Suuibertum*

Hucusque

DIVVs MarCeLLInVs.

SUP-

# SUPPLEMENTUM

Sive

ContIn VatIo hIstorlæ, &

DesCriptIo IstorVM \*

qVæ ContIgère In Ipsa soLeMnIs  
eLeVationIs Dlc \*

et CanonIzatIone VVerDæ à  
papa, præsente franCorVM  
rege \*

AssIstente InfInItâ propè pLebIs  
MVltItVDIne peraCta \*

hæC antè à beato LVDger o  
præsVLe MonasterIensI anno-  
tata sVnt. \*

DesIDerante ea rIXfrIDo pontI-  
fICe traIeCtensi \*

In VersVs Verò transLata ab  
eoDeM CLIente. \*

PARS II.

# Continuatio Historiæ

## CAPUT I.

generosVs pIpInVs VVerDæ Ca-  
strVM eXstrVIt : & ope beatI  
sVVIbertI paganas phaLanges  
sIne pVgna sVperat.

**P**ipinus Caroli Martelli filius, aule (a)  
Francorum Major, proximiorque Throno.  
Cum debellaret ferro felice rebelles  
Terras Saxoniae, Westphaliaque lares:  
Signorum Princeps motus rumore (Beatus  
Præsul Swibertus plurima signa facit)  
Werdenſi citiū castrum construxit in urbe, (b)  
Hac quoniam Corpus Pontificale jacet,  
Ut possit Sancti securius arce tueri  
Corpus, & Ecclesiam, Cœnobiique Patres.  
Perfecto Castro Princeps generosiss adortus (c)  
Fortes Saxoniae, Westphaliaque Duces,  
Quos etiam stravit pugnâ felice reduxque  
Perpingues pradas, exuviasq; tulit.  
Agripinatem post Dux properabat ad urbem,  
Querens cum lassis otia parva viris.

Porro

(a) Anno 748.

(b) Anno 749.

(c) Pipinus oppugnat Saxones.

Porro Christiadum quod Gens dominetur eisdem  
 Pagani populi corde dolente ferunt:  
 Quare succensi furis ultricibus arma  
 Ocyus instaurant, & nova bella parant;  
 Per furtivarum Compendia nota viarum  
 Nostros præveniunt, infidiasque struunt,  
 Ut propè Werensem, turbis hostilibus, urbem  
 Nostros invadant, excutiantque jugum.  
 Hoc ubi per missos Princeps fortissimus audit  
 Exploratores, horruit ipse parvum;  
 Tum propter lassos, tum propter vulnera passos,  
 Tum propter casos: Spes fuit una Deus;  
 Praterea Sancti Swiberti signa recordans  
 Descendit supplex Vir generosus equo,  
 Et Sanctum terrâ prostratus poplite flexo  
 Invocat ardenter, subsidiumque petet;  
 Quin vovit Werde se visere velle sepulchrum  
 Cum dignis donis præcipuisque viris,  
 Hoc si Marte, suis meritis precibusque, triumphum  
 Impetret adversus perfida castra sibi.  
 Hec cum fecisset Pipinus vota, repente  
 Visa super nostros lux radiosa fuit,  
 Quæ fermè cunctas orbasset lumine Gentes,  
 Invasitque ingens perfida corda pavor.  
 Ad quæ percusse Gentes vehementer timore  
 Numinis ultricem pertinuere manum, (a)  
 Pipinoque duos Satrapas misere petentes,  
 Ut pacem, posito Marte, novare velit:

Et

(a) Victoria divinitus concessa,

*Et se subdentes animo constante recensent.*

*Quidnam vidissent, & cicurasset eos.*

*Cum verò Princeps audisset tale, fatetur*

*Id meritis Sancti Presulis esse datum.*

*Quapropter latus terrâ prostratus adorat.*

*Supplex cum tota nobilitate Deum.*

*Obsidibus pacis paganâ à Gente receptis,*

*In Werدام pergit solvere vota Polo. (a)*

*Que pedibus nudis cinctus primoribus ivit*

*Et visens tumulum regia dona dedit,*

*Elegitque sibi mira pietate Patronum*

*Swibertum, cuius pace potitus ope.*

## CAPUT II.

ILLVstrIs aC pIVs prInCeps hVnaLDVs, & aLII pLVres ab angl-na, & perICVLo VItæ à DIVOs VVlberto LlberantVr.

*IN* solium verò (b) postquam successit avitum  
*Pipinus Princeps, cunctaque regna Patriis,*  
*Werdenſi Castro Comitem p̄fetit ab Angiers*  
*( Hunaldus dicitus ) qui tueatur idem,*  
*Christiadumque plagas generosis protegat armis,*  
*Ne pagana cohors impete vastet eas.*

*Accidit*

(a) Pipinus religiosè votum solvit. (b) Anno 755.

Accidit, ut dictus multo cum milite Werde  
 Anginæ morbo corriperetur Herus:  
 Cum de quorundam, præsertim Principis, actum  
 Censerent vitâ, deficeretque propè,  
 Et modo Christicolum luctus resonaret ubique  
 Ob tanti funus prodigiale Ducis;  
 Dux in Swibertum totam spem fixit. ab ipso  
 Plurima jam dudum signa patrata sciens;  
 Præterea vovit, multis adstantibus, ipsum  
 Visere, & ipsius se dare servitio,  
 Si meritis precibusque suis se liberet, Ecce  
 Convaluit (a) Princeps post pia vota statim:  
 Cumque suis votum gaudens implevit, eique  
 Servivit summâ religione dein.  
 Hoc ubi peste pari pressi novêre Ministri  
 More sui faciunt hi quoque vota Ducis. (b)  
 Et nudis pedibus sanati præstata vota  
 Complentes landant pro bonitate Deum,  
 In magno servo Swiberto Präfule tantis  
 Prodigii quoniam mirificavit Eum.  
 Sed magno Sanctus post hæc est cultus honore  
 A cunctis, & plebs plurima vist eum  
 Hoc circa tempus Princeps Hunaldus ab Angiers  
 Dispositis cunctis pro ratione Status  
 Werda Pipinum Regem visurus abivit,  
 Et narravit ei cuncta patrata piè:

Rex

(a) Hunaldus à Beato Swiberto ab angia libe-  
ratur,

(b) Plures atidem alii liberantur,

Rex his auditis , gavisus pectore roro  
 Landavit tantà pro bonitate Deum ,  
Qnam per Swiberti meritum monstraverat agro  
 Hunaldo Comiti , Militiaque sue .  
 In Sanctum verò posthac plus fudit , Eamque (a)  
Quotidie certis Rex coluit precibus.

## CAPUT III.

De prIMA eLeVatione pretiosi  
 Corporis beatI præsVLIs.

**S**æcula cum septem , medium , lustrumq; Beati  
 Virginis à partu connumeraret homo :  
 Sevus Aistulphus rabidis perterritus armis  
 Ecclesiam totam , Christicolasque furens ;  
 Quin à Romanâ digressus Stephanus urbe  
 (Tertius hoc dictus nomine Papa) fuit (b)  
 Pipinumque adiit , per quem suscepitus in Aulam  
 Et summo semper cultus honore fuit :  
 Cum porro Regi multis narrasset acerbam  
 Ecclesia cladem , luctificumque stratum ,  
 Exposuit Papa Rex , inter cetera , vitam  
 Sancti Swiberti , factaque signa petens :

U;

(a) Pipinus Rex S. Swibertum quotidiè certis pre-  
 cibus honorat.

(b) Anno 755. Stephanus Papa venit ad Pipinum  
 Regem.

Ut Sanctis adscribat Eum, mox Stephanus ager  
 Urbe Parisiacâ Praefulsi ade jacens,  
 (Eius Praeful erat sanctus Dionysius urbis)

Pipini voluit pacificare preces.

Ergo Moguntini, nec non Trevirensis ovulis

Praefulibus mandat Papa subager opus:

Agrippinati primo (nam mortuus ejus

Sanctus Swibertus sub ditione fuit)

Hoc injunxit opus: nolo transire Viseri (a)

Pontificem, missus cum tribus ipse fuit;

Ut cunctos Sancti Swiberti gnavius actus,

Virtutes ejus signaque facta notent.

Ast hos Pontifices hostilia Castra morantur,

Castraque Christiadum præpediere viam;

Hinc non adscriptus Divis fuit usque redirent

Italiâ quoniam Mars dirimebat opus;

Res dilata proin. Venerabilis attamen urbis

Praeful Agrippina munus adire parat,

Nam Werdam petuit, Clero comitante. priusquam

Pro Christo casus Saxonis ense fuit;

Ut Papæ iussu terrâ venerabile Corpus

Praeful effodiens mane sequente lever;

Ergo sequente die, postquam solemnia Missæ

Sacra peregisset, nobile pignus adit;

Et cum depositâ terrâ patefactâ fuisse

Arca, fragrans omnes exhilaravit odor;

Ast Praeful summo venerabile corpus honore

Elevar è tumulo, quo fuit ante situm

(a) Visetum olim nunc Leodium.

Inque aliam factam multò pretiosius arcā  
 Praefulū indutum veste locavit idem.  
 Adfuit his ubiis, Robertus nomine, surdus (a)  
 Et mutus; sensu sannus utroque redit;  
 Oscula cum sacris manibus devota dedisset;  
 Factaque sunt illà gaudia magna die.  
 Interea cantus Praeful venerabile corpus  
 Condidit in Crypta, barbara Castratimens.  
 Insuper instituit populis Werdensibus illa  
 Ut sit perpetuo tempore festa dies  
 Post qua visebant multa pietate propinquī  
 Christicole Sanctum, donaque larga dabant;  
 Atque vocabatur Swibertus ubique Patronus  
 Angina, ac multo convaluere malo.

## CAPUT IV.

VioLentVs saXo sæVIt, EC-  
 CLesla DIVI sVVIbertI aCCen-  
 fa ConfLagrat, & VVerDa  
 VaſtatVr.

**G**allica cum Carolus Martellus regna gubernans  
 Stræſſet Saxonię, Westphaliaque Duces,  
 Hispanos etiam statuit fortissimus Heros  
 Sub vera fidei cogere Marte jugum. Sed

(a) Mutus & surdus curatur, (b) Anno 778.

Sed savus Saxo furiis Cacodæmonis actus  
 A Satrapis monitus bella repressa novat;  
 Ut primum Carolus totis cum viribus oras  
 Hispanas subiit perdomiturus eas;  
 Censebant etenim speratum tempus adesse,  
 Quo tutò ulcisci dama priora queant;  
 Quare Christiadum turmis ingentibus oras  
 Intrantes (a) vastant obvia quaque face;  
 Ad Rhenum venere adeò; Tam saviit ira  
 Militis, ut nullis parceret Ecclesiis;  
 Nec Sexus potuit furias placare nec etas,  
 Quod ferro nequuit, perdidit igne furor.  
 Ast ingens anno vindicta secuta sequenti,  
 Quo gladio ad ruptam Gens revocata fidem.  
 Cum sic turba ferox fureret perrexit ad urbem  
 Werdam, quæ diri meta furoris erat;  
 Hanc bacchans hostis, magno livore, feroce (b)  
 Vastavit ferro, funereaque face,  
 Una Swiberti, tali durante furore  
 Exustum templum, Coenobiumque fuit,  
 Presbyteri verò ferro cecidere, fugâve  
 Dispersi, gladii civis in ore ruit,  
 Exsti sacri pagano à milite libri,  
 Estq; in desertum Werda redacta fere;  
 Depositum subtus terram venerabile corpus;  
 Quod, quamvis cuperent, non reperere tamèn,

G 2

Et

(a) Saxones De populantur fines Christianorum.

(b) Werda à Saxonibus destruitur.

Et licet à Satrapis essent terrore coacti  
 Contra Christicolas tanta patrare mala,  
 Attamen oderunt Sanctum, quia præstítit ante  
 Palmam Francigenis, hostis amarus eis.

## I

## CAPUT V.

horrenDO cXI It V f In It, q VI te M-  
 p Lo beat I s V VI bert I Ignes prior  
 s V b Ie C It, atq Ve c XV fs It.

**H**as inter furias quidam sceleratus, Ogellus  
 Osterbach dictus, qui Paderanus erat,  
 Prae sociis aliis Werdenſi in strage patravit,  
 Pessimus hic fungus non numeranda mala  
**I**s cupiens Sancti templum succendere primus  
 Fecit in Ecclesiæ recta flagranda facem.  
 Ast ignis subito persepe repulsus ab ade  
 Extinctusque fuit nil nocitus ei,  
 Nam meritis Sancti posuit vim subditus ignis,  
 Sed non proposito deflilit ille suo,  
 Hac licet aspiceret, tandem succendit eandem  
 Permittente Deo, sicque recessit ovans;  
 Post que, cum pratis Werda requiesceret hostis  
 Paganus, spoliis exuviusque fruens;  
 Werdenſi prato prandentes dictus Ogellus  
 Accessit socios, exposuitque jocans,

Qui

Qui Protectoris Francorum accenderit edem,  
 (Nam sic Swibertum lingua scelestā vocat)  
Quamvis non potuisset eam succendere primō:  
 At sequitur vindicta pœna repente scelus,  
 Nam cum Complicibus ridens recitaret Ogellus  
 Blasphemansque Deum dicta patrata mala,  
 Retrorsum cecidit, (a) sociis spectantibus, atque  
 Confracto collo crima tanta luit:  
 Illud spectantes alii, gemuere dolentes.  
 Quidam, ē vindictam demeruere Dei.

## CAPUT VI.

notheLInVs saXonlæ satrapa DI-  
 VInItVs CæCltate perCVtItVr,  
 seD InterCessIone sanCtl  
 sVVilbertI, CVratVr.

**N**Ec satis hoc, coram pagano clariūs hoste  
 Swibertum voluit magnificare Deus,  
 Nam cum tres horas velamine tectus Ogellus  
 Post fractum guttur decubuisse humi,  
 Ac hortaretur per signum miles ubique,  
 Ut statione novâ Castra priora locet,  
 Cognari venere statim, scelerisque sodales,  
 Ut monstrum tollant exequiale loco,

G 3

Ac

(a) Dei contra sacrilegum vindicta,

Ac funus tumulent ad Cœmeteria Sancti  
 Sviberti, at nullis hoc potuere modis;  
 Nam quoties tentant illi fodisse sepulchrum (a)  
 In foveam recidit terra remota statim:  
 Omnes mirantur, cœptis nihilominus instant,  
 Sed frustra, foveam terra relapsa replet;  
 Cessarunt ergo, nimioq; stupore repleti  
 Dicebant: Sacrum non meret ille locum,  
 Hujus presertim templi, quia mortuus illud  
 Ante profanasset contemerante face;  
 Cum sic attoniti redeunt ad triste cadaver,  
 Amoto velo, tam reperire nigrum,  
 Ut facies terroreret eos, ab eoque relicto  
 Auffugerent dubii, corpore quid facerent:  
 Ast cum migrandum pratis Werdensibus, ecce  
 Hac transit Saxo de regione nova, (b)  
 Is tollit monstrum, Rhenoque immegrit, ut esca  
 Sit pisci: periit sic malus ille male  
 Cum demum Satrapæ mandarent castra movere  
 E pratis illis, & repedare domum,  
 (Principi verò Satrapæ Nothelinus, & Occo)  
 Dicitur à sociis, complicibusque nefas  
 Quod perdilectus socius, generosus Ogellus,  
 Qui prior accendit tecta sacrata face,  
 Expertus rigidam vindictam Numinis, atque  
 Iram Sviberti, qui tegit huncce locum,

Nempe

(a) Terra sacrilego negat sepulchrum.

(b) En cœlestem ultionem.

Nempe quod in plana fregisset guttura terra,  
 Sacrilegum factum dum recitaret ovans:  
 Mox bini Satrapæ vehementer furore repleti  
 Dicebant: casu contigit ille dolor,  
 Non ex vindicta Swiberti, quippe misellus  
 Præsul Swibertus damnificare nequit,  
 Qui minus Ecclesiam potuit Werdamque tueri;  
 Hac ubi fudissent impia dicta duo,  
 Et se junxissent sese, Nothelinus ademptas  
 Christicolis palmas ore tumente refert;  
 At coram cunctis subito cœcatur, (a) & ipsa  
 Tormentum gravius morte protervus habet,  
 Donec defleret compuncto corde reatum;  
 Cum sic continuo cresceret ille dolor,  
 Cœcus consilio probiorum, poplite flexo,  
 Vovit syncera Relligione Deo,  
 Sancti Swiberti se visere velle sepulchrum,  
 Ecclesiamque suis edificare bonis,  
 Dummodo perciperet visum, viresque priores  
 Illius meritis à miserente Deo:  
 Cum coram cunctis votum fecisset, (b) acerbus  
 Cessavit subito cor laniare dolor,  
 Amissus visus rediit, surgensque benignum  
 Laudavit sanus, voce gemente, Deum,  
 Et cunctis dixit, qui sit sanatus ab Alto,  
 Post Werda solvit prestita vota Deo.

G 4

CAPUT

(a) Nothelinus percutitur cœcitate & dirissime  
 torquetur.

(b) Voto facto reconvalescit.

## CAPUT VII.

ALter satrapa, notheLInI soCIVs  
 oCCo VoCatVs, parI pLag  
 perCVtItVr, & MerItIs beat  
 sVVIbertI ab ea qVoqVe  
 restItVtVr.

*A*lter Dux Occi spoliis ditatus opimis  
 Dum vernis cinctus, divite vectus equo,  
*A*VVerda remearet ovans, sed nescius acris.  
 Alterius pœna, quam dedit ipse Deo,  
 Inque via sevas jactaret Saxonis iras.  
 Contra Christicolas, Christiadumque plagas,  
 Quanque ulti strages, Carolus quas intrulit illis,  
 Cum perturbassent cuncta, profana, sacra,  
 Præsertim sacras Swiberti Præfulis ædes,  
 Qui succendissent depopulante face;  
 Mox coram cunctis tumidus multatus ab Alto,  
 Auditu caruit, factaque lingua silens,  
 Qui quoque compunetus vehementer dolore loquaciam  
 Blasphemam flevit, sacrilegumpue scelus,  
 Sperabatque suis sensus evincere donis,  
 Sed nil profecit, promeruitque nihil,  
 Percipiens vero cœlestem qualiter alter  
 Swiberti meritis obtinuisse opem,

In

In Verda pariter vovit se velle Beatum (a)  
 Visere Swibertum, servitioque dare,  
 Si Sancti pariter posset reparare priorem  
 Auditum meritis, & prout ante, loqui;  
 Hora, per cœli medicum, sanatus eadem.  
 Dispositis rebus, dispositaque domo,  
 Ecclesiam Sancti Werdeæ devotus adivit  
 Vernarum longo concomitante grege,  
 Et factum votum justa pietate peregit:  
 Præterea sternens hinc remeare domum;  
 Sumptribus ipse suis templum reparavit adustum.  
 Sed devotorum divite fultus ope,  
 Officiumque suum deponens, tempore vite  
 Sancto, Swiberto serviit, atque Deo.

## CAPUT VIII.

saXo aLIqVIls LethalIter saV-  
 ClatVr, qVI MerItIs, aC In-  
 VoCatIone sanCtl sVVlbertI  
 CVratVr.

Cum Rex Francorum Carolus prosterneret armis  
 Fortia Saxoniæ, Westphaliaque loca, (b)

G. 5.

Ac

(a) Occo, etiam dat sacrilegii pœnas, sed voto  
 facto, similiter liberatur.

(b) Anno 783.

Ac in VWestphalia firmam invenisset ad arcem  
 Conditam Dromi, & perdonauisset eam,  
 Illustri Nato Carolo commisit eandem,  
 Saxonia visens interiora loca:  
 At vix Rex abiit, cogunt ingentia castra  
 Westphaliae Gentes, pectoribusque feris  
 Occurrunt Carolo, pulsuri fortiter illum  
 Cum cunctis Francis è Regione sua,  
 Aut experturi creperi discrimina belli;  
 Fit pugna signum, conseriturque manus,  
 Ast Caroli Magni Natus, fortissimus Hector  
 Hos juxta Dromi clade potente domat,  
 Innumeros cedit: quos inter Westhalus, isque  
 Christicola, à Satrapa iussus ut arma ferat!  
 Eldack, dum paganus erat; post Bruno vocatus,  
 Vir perquam fortis viribus, are potens;  
 Hic postquam vidit, secumque revolvit, Ogellum  
 E Regione suâ tam periisse male,  
 Et binos Satrapas casos à Numine, sancti  
 Swiberti rursus convaluisse prece  
 Swibertum multo veneratur honore deinceps  
 Deflens commissum Praesulis urbe scelus,  
 Quotidieque pie Pater unum dixit Aveque  
 Sancto Swiberto corde gemente petens,  
 Ut sibi dignetur succurrere mortis in hora,  
 Atque suis precibus conciliare Deo,  
 Hic igitur Bruno cum staret in ordine primo  
 Pugnans opprimitur totus ab hostis equis,

Mox

Mox hastâ petitur, quâ fixâ pectore præcops  
 Corruit in terram, conteriturque pede,  
 Cum propè deficeret, tempusque instaret agonis  
 Sanctum Swibertum supplice voce rogat,  
 Ne modo tardaret miserum iuvuisse clientem  
 Atque Dæum precibus deliniisse suis:  
 Præterea vovit, quod, si discrimina vita  
 Effugeret, Werðæ visere vellat eum,  
 Ac spredo saclo totius tempore vite  
 Illius sacro se dare servitio;  
 Extra se rapitur post hac solemnia vota,  
 Et Swibertus adest luce frequente micans, (a)  
 Exsanguemque pedo tangens hæc addidit: ecce  
 Mi Bruno gaude, non moriere modò,  
 Quippe meis precibus te certà è morte redemi,  
 A me tu quoniam Bruno precatus opem,  
 Verùm perge meum sanatus adire sepulchrum,  
 Ut promissisti dignaque dona lita,  
 Quod si non facias eternâ morte peribis:  
 Post cruce signavit, disperiitque nitor.  
 Hec autem, bello finito, facta fuerunt  
 Dilapsis aliis præcociore fugâ.  
 Cernentes supra cæsorum corpora lumen  
 Victores, quidam (qui timuere Deum)  
 Ad cædis venere locum, si forte jaceret  
 Sanctus jam cæsus, vel moriturus eò,  
 Cujus luce Deus meritum monstraret eisdem,  
 Hinc ut eum tollant, nobiliusque locent;

Aft

(a) S. Swibertus apparet Brunoni graviter vulnerata:

Ast inter socios occisos, tempore longo,  
 Exsanguis Bruno cum jacisset humi,  
 Swiberti meritis paulum se tollit in altum,  
 Et sibi conspiciens appropare viros,  
 Hostes esse suos Bruno censebat amicos  
 Qui corpus vellent inde levare suum.  
 Hinc ab eis caput lacrymosa voce rogare,  
 Ut misereat eos, auxiliisque ferant;  
 Francigena vero spectantes vulnera, & haste  
 Immanem plagam, vivere posse stupent  
 Qui postquam narrasset eis, qua facta fuissent,  
 Quomodo compulsus perfida castra sequi,  
 Quomodo Swibertus vivum servasset, ab illo  
 Quomodo jam moriens obtinueret opem;  
 Hec cum dixisset, Vtlores lucis ab ipsis  
 Conspicte memoris inde tulere virum,  
 Solvunt arma statim miseri conspersa cruento  
 Hoc intendentis, ut medeantur ei:  
 Excelso quodam ponebant insuper illum  
 (Postquam terfissent vulnera cruda) loco,  
 Ad laudem Sancti, quem iam pars magna celebat  
 Francorum, ut Sancti plus celebretur honor,  
 Et videant omnes, illum discrimina vita  
 Non nisi Swiberti vincere posse prece.  
 Ast in Saxonica positus Regione Stromingi  
 Rex Carolus Magnus, cum didicisset idem,  
 Et quod sit summo Genitor veneratus honore  
 Sanctum Swibertum, cuius ovavit ope,  
Hostes

Hostes VVerdensem quando devicit ad urbem,  
 Sancti Swiberti belligerante prece,  
 Ad sua Brunonem jussit citò castra venire,  
 Si posset fieri corporis absque metu.  
 In Regis postquam perductus Castra fuisse,  
 Et Rex vidisset vulnera cuncta stupens,  
 Insuper audisset Swibertus qualiter illi  
 Apparens superam suppeditasset opem,  
 A vinclis laxavit eum, jurique priori  
 Clementer rediens jussit abire domum  
 Rexque dein Sanctum miro veneratus honore;  
 Et cum presisset colla superba jugo,  
 Mox superis gratus, rursus collegit in unum  
 Dispersos Fratres, perfugiumque dedit,  
 Ecclesiam variis donis illustribus auxit,  
 Quod fuit ablatum reddidit ipse statim,  
 Cenobioque dedit regali prædia fisco.  
 Tandem convuluit corpore Bruno suo,  
 Ac VVetdæ vi sit juxta promissa sepulchrum  
 Sancti Swiberti, debita dona ferens:  
 Et servivit ibi totius tempore vita  
 Christo, & Swiberto Religione sacra.  
 Cum verò tanti rumor vulgaris ubique  
 Miraci, Sancti conduplicatus honor,  
 Swibertumque dein multa statuere Patronum  
 Gentes Saxoniae, VWestphaliæque sibi.

CA-

## CAPUT IX.

beatVs sVVI bertVs soLennItet  
 à sanCto Leone tertIo papa præ  
 sente rege CaroLo, atqVe tVi  
 bâ propè InfInItâ In Vrbe VVer  
 DensI sanCtIs ConfessoribVs  
 aDsCrlbItVr,

*P*ostquam de vivis Adrianus papa migrasset  
 Unanimi eligitur pectore papa Leo,  
 Octavo saeclo, (a) si demas quatuor annos,  
 Qui Pastor verè sedulus orbis erat;  
 Cum tres Ecclesiam sanctè rexisset in annos,  
 Contendens mores purificare Gregis,  
 Impatiens zeli pravus Romanus eundem  
 In festo Märci, sub (b) prece, fraude capitis  
 Et sancto Patri, furiis immanibus actus,  
 E collo linguam, lumina fronte rapit, (c)

(a) Anno 796.

(b) Processione. Anno 799.

(c) Leo III. per fraudem à Romanis captus oculis  
 & linguâ privatur.

Qui cum sic miserè manante cruore jaceret  
 Conspersus, super à letificatur ope;  
 Mox Carolum Magnum, cælo sanatus adivit,  
 Hic rursum Petri sede locavit eum.  
 Nam saeclo octavo multo cùm milite Romanum (a)  
 Perrexit: qui cum castra stitisset ibi  
 Natali Domini redeunte, creaturæ eodem  
 A Papa, populo devenerante, sacri  
 Imperii Rector, sed cum rediisset ab urbe  
 Ad Germanorum, Francigenumque plagas,  
 Post ternos annos Präfus sanctissimus illum (b)  
 Stipatu multis Präfulibus sequitur;  
 A quo cum sociis justo suscepitus honore,  
 Oratusque pio à Casare Papa fuit,  
 Hic ut Aquisgrani prælustrem Regis in Aula (c)  
 Virginis intactæ dedicet Ecclesiam.  
 Pontificem pariter Gerbaldus in urbe Viseto (d)  
 Pervigil antistes supplice voce rogat,  
 Ut Tungris etiam Sanctissimus, atque Viseti  
 Consecret intactæ Virginis Ecclesiæ.  
 Teutoniâ Ecclesiæ varias sacravit, & aras,  
 Thesauroque sacro munera (e) larga dedit

Tandem

(a) Anno 800. Carolus Magnus sit Imperator Romanorum.

(b) Papa Leo III. venit in Germaniam 803.

(c) Papa largitur Indulgentias Ecclesiæ Aquisgranensi.

(d) Leodio.

(e) Papa dat varias Indulgentias,

Tandem Hildebaldi supremus Curio sanctis  
 Permotus votis, Cæsareaque prece  
 Urbe Agrippina descendit flumine VVerdam  
 Stipatus Carolo, præsulibusque suis;  
 His occurrerunt omnes ad littora Rheni  
 Cœnobii Fratres, totaque VVerda simul,  
 Et Papam ducunt charo cum Cæsare ad ædes  
 Sancti Sviberti splendidiore Choro,  
 Atque die tota, qua VVerdam Papa subivit,  
 Fratres, & Cives abstinuere cibis.  
Quarta Septembris cum Papa, Cæsar & omnes  
 Ecclesiam subeunt, seque dedere preci.  
 Illa finita legit solemnia Missa  
 Præsul Agrippinas, faætaque signa palam,  
 Postea Sanctorum (a) Svibertum scripsit in album  
 Primorum voti, consilioque Leo.  
 Quo facto pulsata aliquot campana per horas  
 Ad laudem Sancti, præcipueque Dei.  
 Cum Fratres inter modulamina dulcia grates  
 Solvissent summa sedulitate Deo,  
 Arque levarentur tumulo sacra Lipsana, Papa  
 Præsentre, & Carolo, Concilioque Patrum,  
 Cælitus insoliti fragrantia odoris eodem  
 Est effusa loco, pectora cuncta replens,  
 Ut nullus superos Cœtus dubitaret adesse,  
 Quarto Septembris sunt ea facta die.  
 Adfuit his Cæsar Carolus cum syrmate longo  
 Plures Pontifices, Ecclesiaque Patres.

In-

(a) Beatus Swibettus refertur in numerum Divorum.

Insuper hanc voluit supremus Curio festam,  
 Quaque exaltatus, Civibus esse diem.  
 Præterea cunctis datur indulgentia, (a) sancti.  
 Festum qui recolent, intereruntque sacris;  
 Ex auroq33 crucem demum sanctissimus offert  
 In qua pars Christi de cruce parva fuit.  
 Ex puro binas ampullas obtulit auro (b)  
 Devotus Carolus Rex calicesque duos:  
 Hec præter pretiosa dedit donaria plura,  
 Ut valeant memores Cesaris esse sacris,  
 Omnes præterea, quisquis pro posse dederunt,  
 Ut fieret Sancto capsula rara viro,  
 Et præter capsam feretrum pretiosius, in quo  
 Sancti Swiberti Lipsana sacra locent.

## CAPUT X.

In VltVte DIVI sVViberti par-  
 VVLVs sVbMersVs sVsCI-  
 tatVr.

Cum per vicinas Regiones fama volasset,  
 Quod veniat, Carolo concomitante, Leo,  
 Ut Confessorum Swibertum scribat in Album,  
 Convenit VVerdam plebs numeroſa nimis;  
 H Ut

(a) Pontifex dat Indulgentias Ecclesiae Werdenis,  
 (b) Pretiosa Donaria Caroli Magni.

*Ut benedicatur supremo à Presule, & actum  
Tam festum videat, talis in evamemor.*

*Huc etiam venit spectatum foemina, dicta (a)  
Irmgardis, mulier nobilis, atque proba,*

*Hec Hildebaldi sacrum solemne legentis*

*Atque Agrippina presulis urbe soror,  
Sed Grimbergeni nato de stemmate nupta*

*Bartholdo, cuius pars per amena thori,*

*Quæ Xantis habitans circumstipata duabus  
Ancillis tantum, filio loque suo,*

*(Hic Gocellinus prænomine dictus, eratque  
Annorum septem, dimidiique puer)*

*Adverso Rheno VVerdam tranabat, ut illum  
Actum spectaret, sic tolerante viro;*

*Appellens VVerda, cum navita propter ibidem  
Herentes naves mutat aplustre citò,*

*Ut possit melius portum subiisse carina:*

*Stans Gocellinus parte priore schaphe,*

*Propter collisum navis pede cespitat, atque  
In Rhenum labens (b) mox tumulatur aquis.*

*Quod cernens Mater, nequiens succurrere nato  
In Rhenum sese precipitare parat,*

*Hec nisi per famulas ab eo detenta fuisset,*

*Hinc scidit velum non cohibenda suum,  
Et magno planctu complevit littora Rheni*

*Præ nimio cordis mœsta dolore sui;*

*Hec verò circa quintam sunt vespere facta:*

*Audivit Frater corde dolente statum, Bar-*  
*(a) Irmgardis soror Hildebaldi Colonensis Archi-*

*Episcopi.*

*(b) Gocellinus puer in Rheno submergitur.*

Bartholdo pariter festina pedissequa mersi  
 In Rheno pueri nuntia moesta tulit.  
 Irmgardis verò tanquam vesana petivit  
 Swiberti templum supplice voce rogans  
 Ut dignaretur natum sibi reddere, Sancti  
 Swiberti meritis motus, ab axe Deus;  
 Ipsam solare Matrona denique multa,  
 Precipue Frater fortificavit eam;  
 Sed rora nequicq; tristis requiescere nocte  
 Sanctum Swibertum corde gemente precans,  
 Ut sibi succurrat, vovens, si denuo vivum  
 Ipsiis meritis obrinuisse queat,  
 Quod Gocellinum redivivum funere vellet  
 Tradere servitio tempus in omne suo:  
 Mane sequente autem puerum perquirere quidam  
 Caperunt uncis, verriculisque viri,  
 Octava tandem circa solemnia Missæ  
 Lambertus Dofel percipiebat eum;  
 Cumq; suis sociis tollens velocius undis  
 Pertrixisti Matri restituebat eum.  
 Qua cernens natum, mulibri more ruebat  
 Deliquium patiens, flebiliusque gemens;  
 Ast ad se rediens puerum complexa Beati  
 Swiberti ad tumulum præcipitata tulit,  
 Hic factis precibus subito puer ille revixit, (a)  
 Et surgens pedibus firmus; ut ante, stetit,  
 Ac Matri loquitur, madidis mox vestibus illum  
 Exutum celso deposuere loco;

H 2

Ipso

(a) Gocellinus puer reviviscit ad sepulchrum S. Swiberti,

Ipso consticto cuncti stupnere canentes  
 In Sancto tanti pro bonitate Deum.  
 Illud sub ictus Genitor Bartholdus equestris  
 Cum denis vernis commone factus adest,  
 (Quippe parens illis Caroli praefectus in oris)  
 Et templum subiens vivere vidit eum:  
 Quare laudavit venerando in Præfule Numen.  
 Illud ubi Carolus percipit, atque Leo,  
 Mandant adduci puerum, quem denuo vivum  
 Spectantes (longe namque sepultus aquis)  
 Landavere Deum, qui signis semper honorat  
 Dilectos variis, magnificatque solo.  
 Ast Hildebaldus sublatâ torque, Parentum  
 Consensu, Clero consociavit eum.  
 Et nomen mutans Swibertum dixit: Is autem  
 Intra annum factus Cœnobiarcha puer,  
 Auxiliique memor devotus mente Patrono  
 Sancto Swiberto servit impigrius.  
 Illustris vero Genitor Bartholdus eidem  
 Cœnobio gratus prædia certa dedit.

## CAPUT XI.

tres fratres nobilli genere nati  
 Capsam beatI sVVIbertI  
 Despoliare tentant.

T' Res juvenes nati prælustris sanguine, nocte (a)  
 Sacram Swiberti clam subiere Domum;

(a) Anno 777.

Qua

Quà servabantur, gemmis auroque micante.

In Capsa, Divi Präfulis ossa sacra.

Hec habuit bellè fusis ex ære, Leonis

Persimiles pedibus, quatuor arca pedes.

Cum verò fures Capsam spoliare pararent,

Se tota in binos erigit illa pedes,

Et contra fures se binis illa tuetur:

Cernentes igitur, quod male cedat opus,

Substiens unus fratrum concedit in arcam,

Ac in ea sedit, sicut equester equo,

Lamellasque duas furax abstraxit eidem,

Quo facto cuncti corripiuere fugam:

Cumq[ue] extra Werdam sese fugisse putarent,

In primo rursum se reperere loco;

Accidit hoc illis dum conarentur abire

Denuo, sic per tres, circumière dies,

Nec sumscere ullum miseri potumve, cibumve,

Fallentes solùm circumendo dies;

Aurisici tandem monstrant sublata metalla

Orantes ut emat; Vix ea vidit, ait:

Hac de Swiberti capsâ sublata metalla,

Quæ propriâ fudi, supposuique manu;

Quæ cum perciperet populus, concurrit, & illi

Peccatum varrant, prodigiumque palam;

Ast evaserunt dispendia mortis ad horam,

Hi quoniam nati nobiliore Patre,

Qui Regis Caroli viætricia castra secutus

Magnanima mentis plurima signa dedit;

*Attamen eternum patriam vitare coacti;  
Sed sunt Swiberto redditia cuncta prius,*

## CAPUT XII.

ConraDVs CLerICVs LVnatI-  
CVs In ConVentV VVerDensl  
à beato sVVIberto ei apparente  
soLatVr , & Integrè  
sanatVr.

*A*Djacet urbs Rheno nobis Wesalia dicta,  
*Qua vir erat ceris inclitus, ere potens;*  
*Illi perpustcher Conradus nomine natus,*  
*Musices excellens, eloquioque gravis:*  
*Annis bis denis major, lunaticus autem,*  
*Quod pater aspiciens corde dolente tulit;*  
*Et quia Conradus sacllo non utilis, illo*  
*Quid faceret, nescit, consiliatque diu;*  
*Tandem Cœnobii Fratres Werdensis adibo.*  
*Inquit iis natum consociabo meum,*  
*Et salvâ famâ, siam sic liber ab illo.*  
*Perveniens Werdam Filius atque Pater,*  
*Ad Theodoricum Patrem, dignumque Priorem*  
*Et Fratres reliquos talia dicta dedit:*  
*Dilecti Domini placuit mihi regula vestra*  
*Relligionis, & hinc supplice corde peto,*

*Quatenus*

Quatenus hunc natum vobis societis, egoque  
 Condignum premium prænumerabo libens,  
 Ut sic vobiscum Christo deserviat, atque  
 Sancto Swiberto: Clericus ipse modo,  
 Musicus insignis, multumque affectat in une  
 Vobiscum cœtu percoluisse Deum.  
 Tali fraude boni fratres falluntur ab illo,  
 Suscepimusque sacrâ Religione puer.  
 Vix aliquor fluxere dies, cum cœtus in illa  
 Ad matutinas surgeret ade preces,  
 Conradus noster medio collapsus eorum,  
 Fratres spectantes hoc stupuere nimis,  
 Et diffugerunt hic illuc: unius eorum  
 Cum misero remanens auxiliatus ei,  
 Cum verò crescens constanter morbus eundem  
 Torqueret graviter, tedia magna tulit.  
 Denique communi mensâ, Fratrumque remotus  
 A cœtu. Verum Clericus aspiciens  
 Sese despectum, cœtu mensâque remotum  
 Communi, gemuit, deteriusque tulit  
 Et pertractavit secum, vel mergere sese  
 Infelix undis, vel repedare domum.  
 Sed cum sic totum fermè tentatus in annum  
 Noctu, cum strâasset tristia membra thoro,  
 Et pro more suo Swiberti, corde gemente,  
 pro medio morbi sollicitasset opem:  
 In somnis sanctum Swibertum vidi adesse  
 Praesulis ornatu, qui regerebat ei:

Auct-

*Multis illicitis quare, stultissime, curis*

*Cor non formidas ditaniare iunum?*

*Quare sacrilego tentas perfringere votum? (a)*

*Quare disponis deproperare domum?*

*Quod promisisti superis satliber, adimple*

*Constanter, nec enim, qui bene caput, habet:*

*Perseverantes meritorum premia tollunt;*

*Tuque ex hac hora corpore fanus eris,*

*Accessumque ad te nullum post morbus habebit.*

*Ergo vade, & dic Fratribus hacco meis,*

*Ut te communi mensa, sacrisque deinceps*

*Admittant: dictis his benedixit eum,*

*Atque reliquit eum. Gaudens is visa recenseret,*

*Quicis Fratres credunt, associantque sibi*

*Denuo Conradum, devoto corde benignum*

*Sancti laudantes in pietate Deum.*

*Sanatus vero toto fervore superni*

*Numinis, & sancti se dedit, obsequio*

*Virtutesque dein secundi gratia tanta*

*Est data desursum, teste Priore suo;*

*Ut sanctae vite studio celeberrimus esset*

*Inter tot claros Religione viros,*

*Ipse procul dubio Dominus laudandus iuava*

*Est, ut qui solus talia signa facit,*

*Qui sibi devotos tanto sublimat honore*

*In terris, & post per pia fata polis.*

(a) Vota Deo persolvenda.

ILLE INÆVA INFINITA

SIT BENEDICTVS

AMEN.



I



I

T

I







